augustinus 8o super genesim ad litteram satis
pulchre persuadet illud celum esse sicut ar
guendo omne quod per se movetur innititur
alicui inmobili quod declarat per inductionem
tamen potest quia digitus non movetur per se
nisi palma sit fixa nec movetur pal
ma nisi fixo articulo cubiti nec cubi
tus movetur nisi fixo humero et sic
de singulis cum igitur sit nonum celum mobile
ut inferius statim patebit videtur quod illi pre
supponatur celum inmobile igitur conclusio vera
ista vero licet persuasiva sit tamen efficaci
ter non probat quia philosophus nullus non per
mitteret sibi concludi quod aliquod ce
lum esset inmobile quia ponit quod omne est
corpus mobile [illegible] igitur conclusio ¶ 3a conclusio
prioris veritate videlicet quod deum esse
non est demonstrabile et supposito quod sit
non sequitur igitur quod celum de quo esse sit
demonstrabile quia non oportet si remo
tiora ascripsit esse demonstrantur quod
igitur propinquiora possint demonstrari et de
tertium magis quam tertia omnibus indiget
bus diligenti examine ¶ 4a conclusio dico quod
licet celum empireum realiter influat
istis inferioribus tamen hoc non est evidens
igitur ex illo nichil potest demonstrari
¶ Circa autem ad 2um articulum pono 4or conclusio
nes prima est supposito ex dictis sanctorum
quod celum empireum sit primum est ex
cellenter lucidum probatur quia nobilissimum cor
pus quod debet ornari nobilissima
qualitate corporali excellenter sed celum
empireum est corpus nobilissimum cum sit

habitatio beatorum et lux est nobilissima
qualitas inter corporales igitur conclusio ¶
2a conclusio celum empireum est transparens si
ve dyaphanum probatur quia dispositio loca
lis que facit ad delectationem beatorum non
debet derogari loco seu habitationi
ipsorum cum in vita beata sit perfecta et plena
delectatio sed dispositio transparentie vel dy
aphaneitatis est huiusmodi quia illa po
sita tunc quilibet potest videre alium preter hoc
quod videt eum in divina essentia et hoc
auffert aliquid accidentalis delec
tationis igitur conclusio ¶ 3a conclusio celum em
pireum non est alterabile probatur quia non
est receptivum peregrinarum impressionum ex
quo nullum celum etiam inferiorum istorum
sit talium receptivum ut probatum est celi igitur conclusio
sed contra [illegible] erit in patria igitur
oportet illud celum esse rarefactibile
et condensabile ¶ Solutio 2a doctores
qui ponunt quod [illegible] in pa
tria erit resuscitatis corporibus ha
bebunt aere sibi [illegible]
qui quidem aer [illegible]
[illegible]
[illegible] igitur
corporum ¶ 4a conclusio celum empireum est inmobile
probatur quia primus locus corporum qui sit in
perfecta quiete debet esse inmobilis sed celum il
lud est primus locus beatorum in perfecta qui
ete existentium igitur conclusio ¶ Circa autem ad
3um articulum pono istas 4or quod super
octavam speram est aliquod celum preter
celum empireum quia quod movetur
pluribus motibus non potest esse primum
mobile sed octava spera movetur pluribus
motibus motibus non potest esse primum mo
bile sed octava spera movetur pluribus
motibus igitur ipsa non est primum mo
bile et igitur preter eam oportet ponere no
num celum quod sit mobile [illegible] probatur quia
primum inequaliter [illegible]
[illegible] debet esse simpl
[illegible] ut [illegible] igitur
primum mobile debet ~~movere~~ moveri uni
co tantum motu simplicissimo ut eius

motus velocior sit motu primi mobi-
lis pz quia octaua spera mouetur sin-
gulis diebus ab oriente in occidentem ut
assertum pz et propter suum motum mouetur
ab occidente in orientem motu tardo val-
de quia in centum annis per unum gradum
tantum ut compertum est per astrologos et
non alio vero valet poni motus
revolucionis vel motus incurvacionis
quia mathematicos arte stabit ut patet
intelligenti comprobacionem huius conclusionis pz
quod primum mobile est inter celum em-
pireum et octauam speram et quod primum
mobile est nonum celum ¶ Consequen-
ter ad articulum quartum sunt multe opiniones propter
scripture auctoritatem irrefragabilem ex
una parte et propter aque naturam ex
altera parte dicit namque scriptura genesis
primo quod deus diuisit aquas que erant
super firmamentum ab hiis que erant
sub firmamento Item dicit psalmista in psalmo exten-
dens celum sicut pellem qui tegis aquis
superiora eius Item Danielis benedicite
aque que super celos sunt domino Item
in psalmo et aque que super celos sunt
laudent nomen domini vnde propter istas
scripturas dicit beatus augustinus super 2o super
genesi qualitatem aque super firmamen-
tum esse non dubitamus maior enim
huius scripture auctoritas quam omnis
humani ingenii capacitas propter hoc
quidam dixerunt quod ibi esset realis
et grossa aqua sicut in mari sed hoc
non est verisimile alii dicunt quod ibi
sit aqua subtiliata in vapore et illi ex-
ponentes textum genesis primo dicunt quod
totum spacium superius sursum a terra usque
in exordio creacionis rerum fuit plenum
vapore aqueo et quod tunc deus divi-
sit illum vaporem in duas partes et in-
ter utrasque fecit firmamentum scilicet octauam
speram ita quod medietas vaporis
mansit super firmamentum in sui subti-
litate | et alia medietas inferior va-
poris fuit ingrossata in aqua | 3a opinio
fuit quod per aquam super celos intelliga-
tur angeli et spiritus beati et illa opinio
propter hoc quia sic aque que super celos laudent
nomen domini i. angeli et spiritus beati qui
super celos sunt et de ista 3a opinione fuit
beatus augustinus 13o confessionum ubi dicit quod
[illegible] aquis videre faciem tuam
semper et ibi legunt sine labiis que
sit eterna voluntas tua | Sed hanc opinio-
nem augustinus retractauit | 2o libro retractatio-
num dicens quod dixi firmamentum factum
inter spirituales aquas superiores et cor-
porales inferiores non satis considerate dic-
tum est | 4a opinio est que dicit quod per
aquas super celos ~~et supra~~ et supra firma-
mentum intelligi debet celum cristallinum
de quo dictum est in 3o articulo quod ipsum
sit super octauam speram que est firmamen-
tum et mouetur unico motu simplicis-
simo et est quiete quia cristallinus
enim perlucidus est aqua condensata et hec o-
pinio inter ceteras reputatur probabilior
¶ Sed contra hanc opinionem arguitur per quod
celum est aliquod aqueum id est cristal-
linum et per hoc 10o articulo est visum per ra-
tionem pulchre dico negando quoniam
quia octaua spera non est transparens
ideo non potest lumen celi empirei ad
nos multiplicari Sed dicas contrarium tunc
sequitur quod non sit lucidum quia
sol qui illuminat omnes speras propter oc-
tauam speram non potest radios ad celum
empireum mittere etc. dico concedendo quod
celum empireum non recipit lumen a
sole sed est in seipso lucidum sicut dictum est etiam

Utrum omnes angeli

Utrum omnes angeli sint eiusdem speciei spe-
cialissime quod sic arguitur quia ruina
angelorum restauratur per homines qui sunt
eiusdem speciei igitur omnes angeli qui ceci-
derunt sunt eiusdem speciei et eadem ratione

qui renascerentur erunt eiusdem speciei quia
de quolibet ordine ceciderunt aliqui
¶ Contra arguitur sic angeli non differunt so-
lo numero quia non habent materiam igitur
sequitur quod datis quibuscumque duobus
quod ipsi differant specie et confirmatur
quia differunt formaliter igitur diffe-
runt specie etc. ergo falsa ¶ Pro solutione
istius questionis videndum est de pro
primo an in angelis sit individua-
tio / 2o de quesito / 3o an angelorum sit
tantum unus / 4o an angeli intelligant
per essentias suas vel per species ¶ Circa
tamen ad primum ego vidi in antiquis doc-
toribus diversas vias de principio indi-
viduationis quia quidam dicunt
quod principium individuationis sit
quantitas ymmo individuum variatur
istorum quia per quantitatem plurificantur aliqua
in eadem specie quia divisa est corpo-
ra que dividi non possunt nisi fue-
rit quantitas et propter istos in angelis non
est individuatio et istos oportet
dicere quod angeli essent species sine
individuis ut manifestum est / 2a opi-
nio ponit quod si quantitas aufer-
retur a re quanta tunc principium indi-
viduandi esset qualitas verum istorum
est quia in istis tamen diversitas materia-
lis est et alia et alia qualitas etc. /
3a opinio est quod per tamen com-
positam individuationis que est
agens reducens materiam de potentia
in actum completum et est dispositio ingenerato
que est causa individuationis una in ge-
nerato remotiones abinde omnem di-
versitate alia remotiones ad quod omnem
repugnantiam et hanc opinionem quidam
asserunt doctores solempnis Henrico de
Gandavo / 4a opinio est quod materia
est principium individuationis et isti ar-
guunt sic illud est principium individua-
tionis quod est omnium aliorum principium
receptaculum materia est huiusmodi igitur etc.
Item omnia sunt unum numero propter quod

sunt materiam ut dicitur 7o methaphisice et
opinio dicitur fuisse Boetii ¶ Est alia que
est quinta opinio quod plura indi-
viduantia sunt plura ut Boetii et ce-
teri ut in porphirio ¶ Et quia non
videtur michi quod aliqua istarum
opinionum sit in toto vera ideo ad fun-
dationem intentionis mee pono conclusiones
¶ Prima sit ista principium individua-
tionis non est quantitas probatur sic quia
si individuum est indivisibile sic
quod non habet partes habens quantitatem tunc
manifestum est quod principium individu-
ationis non est quantitas si non non
est individuum quantum ubi igitur
admittitur opinio quod quantitas
sit dispositiva a re quanta et ipsa pa-
tet separari individuo manente et
igitur per illa via non potest concedi quod
quantitas sit individuationis prin-
cipium si non admittitur opinio opposita
sit tunc arguitur sic sequitur quod in
divinis esset individua
illius quod aliud genus quibus est falsum
quia sicut diversorum generum non subalternatim
positorum sunt diverse species
et differentie sic etiam duo indivi-
dua diversa Item principia sunt in
divisibilia et est prior quantitate in
rem vel ratione sed posterius non est
principium prioris igitur ¶ Et de hoc principium
opinionis que est contra videtur ergo
videtur mihi a tamen quia requiritur etiam
plurificatio materialis formarum eiusdem
speciei ¶ Secunda ergo sit ista in rebus
non corporeis qualitas non est principium
individuationis probatur sic quia qualitas
est actus individui non compo-
siti cuius est qualitas igitur est pos-
terior et igitur non est principium indivi-
duationis ymo sequitur contra opinionem
quod instans quanta in forte et vetustio-
rem in Platone esset individua-
tionis principium ut ponitur quod
qualitas cum sit actus semper ma-

uete individuo tuc p3 9o ¶ Secundo uero 2e opinionis que est contra illa quod dico uedo actu ¶ 2a qo sit ista duplex negatio non est primum individuationis intrinsecum p3 primum individuationis individuationis oz esse quod positiui igitur etc a tri p3 quia principium individuationis individui formaliter est individuum ¶ 3a qo negatio non est principium ipsius vel individuationis p3 sit quia sequeretur quod individua vel individua diversarum non plus differret quam individua eiusdem speciei specialissime quod est maxime falsum et contra p3 quia negatio est eiusdem uel contradictionis in omnibus sequitur 2o quod in pluribus accidentium non essent individua maxime quo ad abstracta p3 quia albedo vel iste color non habet negationem intrinsecam que possit esse primum individuationis ¶ Ad motiua opinionis etc que videtur esse contra istam quod dico uedo actu quia 1o receptaculum non est distinctum in omnibus ut p3 per primam 2am per ea quod ¶ Secundum dico quod nulla sunt unum numero cum sic sicut eandem materiam quia nulla distincta sicut eandem materiam sed dico quod philosophus tantum uult dicere in 7o methaphisice quod in rebus materialibus numero distinctis sunt materie distincte ¶ 7a qo sit ista primum individuationis est ipsius rei formalis entitas p3 quia id per quod est individuationis primum quo aliquid est simpliciter unum sed per formalem entitatem quelibet res simpliciter est una ergo hac ratione p3 per ea individuationis que ponunt scilicet locus tempus etc sunt accidentalia per ea 2o p3 quod quilibet angelus se ipso est individuum p3 quia per suam formalem entitatem est individuum que non est aliud quam ipse angelus et simpliciter quelibet p3 accidentalis se ipsa est individuum p3 per oppositum ¶ premisso igitur viso sit individuatio in angelis procedo ad 2m articulum in quo breuiter tractabo ista duo primo an per diuinam potentiam possunt esse duo vel plures angeli eiusdem speciei ¶ 2o an de facto aliqui vel omnes sunt eiusdem speciei ¶ 1o sit ista per diuinam potentiam possunt esse duo vel plures angeli diuini eiusdem speciei specialissime p3 quia aliter sequeretur quod potentia dei in creatione cuiuslibet angeli esset in toto euacuata quo ad speciem illam patet quia deus non posset 2m angelum creare eiusdem speciei consimilem deus creato uno angelo potest eum annichilare et eundem 2o creare igitur potest plures eiusdem speciei creare ¶ Item de facto anime humane a corporibus separate sunt individua specie eiusdem speciei specialissime igitur etc sed ad illud dicunt quidam de opposita opinione quod anima humana separata a corpore non est individua per se ipsam sed per aptitudinem ad corpus sed contra quero ego de illa aptitudine an sit anima subiectiue proportionaliter an sit corpus si sic est falsum quia corpus non corrumpitur anima non individuatur corpore quia eius non individuatur non enim vel talis aptitudo est aliqua accidentalis forma vel aliquod actus corporalis quod deus tenem formam vel hec datus facit at non esse conseruetur idem inconueniens quod prius 1a qo uera ¶ 2a qo de facto non omnes angeli sunt eiusdem speciei specialissime p3 quia non omnes sunt creati in eisdem naturalibus 2m speciem specialissimam sicut p3 in 1o 2o et 3o capitulo huius distinctionis ¶ 3a qo sit ista quamvis dubium sit ad utramque partem an duo vel plures angeli sunt de facto eiusdem speciei specialissime tamen probabilius et verisimilius esse videtur quod nulli duo angeli vel plures sunt eiusdem speciei specialissime p3 sicut qo sic quia 2m communem ~~[illegible]~~ sententiam qui in nobis in effectibus apparet tunc multitudo individuorum in eadem specie est ad palnadam

specierum ut dicit philosophus 2o de anima et commentator
6o metaphysice super capitulo 7o et idem dicit alga
zel 10o metaphysice super capitulo tertio et ita philosophi
isti et alii sillogizabant istud ex effectibus
igitur questio vera et ista questio magis communiter
tenetur quod de facto omnes differant
specie licet aliqui dixerint oppositum scilicet quod
omnes de una ierarchia sint eiusdem
speciei aliquibus dicentibus quod non
sed quod non omnes de eodem ordine ¶
Contra dictum ad secundum argumentum dicendum quod locuti
sunt philosophi et doctores sancti quia anima
tamen non posuerunt nisi decem angelos
quia ipsi posuerunt novem intelligentias
ad movendum novem speras et decimam
intelligentiam dixerunt preesse mundo inferiori
quia voluit dare formas et philosophus in
12o metaphysice ponit quinquaginta duas
propter tot motus / Alii posuerunt pauciores
vel qui posuerunt pauciores et credo
quod intellectus istorum philosophorum non fuerit
quod non essent plures sed quod volebat
quod tunc motum non esset plures
questio prima angelorum est certus et determinatus
numerus patet quia deus omnia fecit in numero
pondere et mensura sapientie 11o capitulo Sed
ea que sunt facta in numero pondere et mensura
sunt certa et determinata ergo igitur
questio vera ¶ 2a questio sit ista licet numerus
angelorum in se sit certus et determinatus
tamen nobis viatoribus sine revelatione
speciali non potest esse certus patet sic quia
circumscripta revelatione non cognoscimus
de angelis quidquam nisi per effectus sed
an unus angelus tantum vel plures concurrant
ad unum effectum cognoscere non
possumus igitur et cetera antecedens patet quia cum
solo vexatur a malo spiritu non possumus
scire an fiat hoc ab uno vel a pluribus
quia legitur quod homines in evangelio Marci
uno homine fuit legio scilicet sex milia
demonum sexcenti et sexaginta sex et tamen
purus viator iudicasset quod tantum u
nus fuisset in illo homine igitur nec
possumus cognoscere sic de bonis an
gelis 1 ratio Et forte dicetis quod sicut
possumus scire actum angelorum ministrantium
omnes angeli vel sunt ministrantes vel sunt
assistentes sed omnium istorum scimus certum
numerum Danielis 7o ubi dicitur milia milium
ministrabant ei et decies milies
centena milia assistebant ei ¶ Solo
ipse vidit tot sed non scripsit quod
non sunt plures et praeterea quod vidisset
omnes secundum certum numerum hoc non est tertia questio quia
sunt revelata ¶ Contra dictum ad argumentum
quod pono questio tertia quarta angelus intel
ligit essentiam suam per se ipsam patet quia
essentia angeli est obiectum actu in
telligibile debite proportionatum angelico
intellectui per se activa et praesens igitur questio vera
nec est simile de anima intellectiva quia
non quia illa licet sit presens non potest
per se quo ad intelligere ut in 3o de
anima dicitur ¶ 2a questio angelus per suam
essentiam non intelligit ea que sunt extra
se patet quia alia a se intellectu perfecte
tantum est solius dei qui est perfectum
exemplar omnium ¶ 3a questio angelus non
cognoscit res extra se per essentias illarum
rerum patet quia essentie talium rerum
non sunt presentes intellectui angelico ratio et cetera
quia patet ex illo in 3o de anima ¶ 4a questio
angelus res que sunt extra ipsum cognos
cit per species et similitudines talium rerum patet
sic quia angelus non cognoscit
res extra se per propria essentia ut dicit questio
2a nec per essentias rerum quas cognoscit
ut dicit 3a questio igitur si cognoscit per species
cognoscit etiam hoc quod est de intentione
Procli qui in suis propositionibus propositione
10a dicit quod omnis intellectus est
plenitudo specierum et cetera ¶ 5a questio sit ista
species per quas angelus cognoscit non
sunt a rebus abstracte sed sunt intrinsece
angelico concreate patet sic angelus apud
suae creationis fuit plenus sapientia
et perfectus de decore ut patet ex glossa super
to textum Ezechielis 28o tu signa
culum similitudinis plenus sapientia et perfectus

decio 2her q° est de mistione beati au
gustini 2° sup genesi ubi d° res fuit
in mentibus anglorum preparata tamquam
sapiens ¶ 6a q° sit ista quod per spe
cies angelus cognoscat res particula
res distincte et determinate non obstante quod
quelibet istarum specierum representat plura in
distincte hec q° indiget magna de
claratione sed tamen quia tractatus esse
vari et non habui tempus diffuse decla
randi eam probo breviter. tamen sit quia
non de qualibet re singulari intelligi
angelus sed distincta speciem eo quod
oporteret intellectum angeli esse virtutis
infinite actu distinctorum quod est im
possibile igitur q° nota quo ad 2am par
tem dicit quod quelibet species sit genus et
representativa plurium sed quod per illas
quas possit distincte intelligere patet quia
patet sic tamquam per illam speciem adeunt indi
viduum eo quod intellectus humanus patet
hic facere ut diffuse probare si tempus pa
teretur quia intellectus est corporeus sicut
et hoc sicut intelligit etc. ¶ secundo
pulchre dico quod homines non habent
aliquid quod restauret illa angelorum
ruina sed secundum communes doctores tamen non omnes
esse similes homines et angelos in na
turalibus sed secundum gratuita

Utrum angelos

Utrum angelos deus creaverit beatos quod
sit arguitur quia clare videre deum est esse
beatum quod patet ut angustinus super genesim de timoris cao
ultimo visio est tota merces sed a principio insta
tis sui esse angeli clare videbant deum
qui a sciebat a quo facti erant ut dicit
magister in hoc penultimo cao per distinctionem
¶ secundo arguitur sit non saltem fuerunt boni
beati quia mali dampnati sed mali non
fuerunt creati dampnati quia alias
eorum dampnatio retorqueretur in eorum ordinem

eo quod non fuisset facta ex eorum demeritis
igitur etc. ¶ pro solutione huius questionis videndum
dum est de 3bus primo de quesito 2° an angeli
fuerint in gratia creati et sic quantum ad dis
tinctionem quarta 3° an angeli indiguerint
gratia adiutrice quod deo volente diligenter
est quantum ad distinctionem quintam ¶ quantum
ad primum distinguendum est de beatitudine ut magister
tangit in ultimo cao istius distinctionis
quia vel loquimur de beatitudine proprie dicta
consummata vel de beatitudine quodammodo dicta
et non consummata et secundum hoc ponam duas conclusio
nes ¶ prima conclusio sit ista deus non crea
vit angelos beatos proprie et perfecte patet sicut per
fecte et proprie beatus habet quidquid vult et nichil
male vult per augustinum 13° de trinitate ¶ sed
in principio creationis angeli non habuerunt
quidquid voluerunt quia aliqui eorum
immediate apostaverunt et sic ceciderunt
2° patet sic q° sit de ratione perfecte beatitudinis
est perfecta securitas cum exclusione omnis
erroris sed a principio creationis ista non
fuit in angelis ad verbum patet per augustinum 2°
de civitate dei cao 12° ubi dicit quod
beatitudo est intellectualis vita inconcussa
beata bono quod deus est sine ulla mo
lestia perfruitur et in eo se mansurum esse
maxime et nec ulla dubitatione cingitur
nec ullo errore fallatur sed verbum patet per
eundem augustinum ibidem ubi dicit sunt an
geli mali scientes sui casus timerent
sive nescientes aliud putarent scien
tes timor nescientes error beatos esse
utique non sinebat 3° sic si angeli ab
initio fuissent beati perfecte nullus eorum
cadere potuisset falsitas patet et quia patet
quia in beatitudine perfecta includitur actus
fruitionis quo deus tam perfecte dili
gitur quod anima ab amore nequa
quam potest resilire patet igitur q° ¶ sed
forte diceres videtur quod arguitur ista con
cludat solum quod angeli mali non
fuerint creati adeo beati sed non concludunt
de bonis qui perstiterunt ¶ absoluto si con
cludunt de malis tunc concludunt de aliis

quia ut dicit aug(ustinus) 2° super genesi ad lit(teram) cum simul cum peccato non fuit differens ab aliis nisi solum in naturalibus ita quod non fuit in eis differentia quo ad gratuita sicut arguit beatus augustinus in 3° de libero arbitrio de diabolo discedunt dumtaxat cum casu non constitit igitur nec alii cum casu constanter fuerunt et in donis dominus concludit ¶ 2a conclusio sit ista deus creavit angelos sic quod fuerunt beati beatitudine congruenter dicta creationi conveniencia. probatur sic quia non minus fuit quilibet angelus beatus a prima sua conditione quam homo in paradiso vel virtuosus in hoc mundo sed homo fuit beatus in paradiso et quilibet virtuosus est beatus in hoc mundo ut dicit beatus augustinus 11° de civitate dei capitulo 12° in hoc ubi a quis cum primos homines in paradiso negare audeat beatos fuisse ante peccatum tamen homo non respondet beatos vocemus quos videmus pie ac iuste hanc vitam ducere sine dubio vastate (?) patet igitur quod conclusiones duas quas concordari per auctoritates sanctorum superius iam adductas sociatas ¶ Ad maiorem ad 2m articulum dico quod duplex est gratia ut patebit infra in 3° libro scilicet gratis data et gratum faciens et primo hic pono duas conclusiones ¶ Conclusio prima est omnes angeli fuerunt creati in gratia gratis data probatur sic quia omnes angelos cum multis donis perfectionibus spiritualibus virtutibus et cognitionibus deus creavit ut patet per prophetas (?) in 3a distinctione patet eciam ezechielis 28° ubi de primo qui cecidit sic dicitur tu signaculum similitudinis plenus sapientia et perfectus decore in deliciis paradisi dei fuisti omnis lapis preciosus operimentum tuum etc ¶ 2a conclusio sit ista angeli non fuerunt creati in gratia gratum faciente probatur sic deus non creavit hominem in gratia gratum faciente igitur nec angelos quia patet consequentia quia conditor ordinatus non nunc (?) debet superstare (?) creaturam superiorem quam inferiorem secundum quod homo inferior fuit angelo igitur antecedens patet per beatum augustinum 11° de civitate dei capitulo 12° ubi dicit quod

quantum ad spem futuri boni beatior est quibus iustus in hac vita qua primi parentes cum nos reddit incertus (?) sicut in alia quia iustus in hac vita scit quo possit perficere primus autem homo quamvis haberet quo posset stare scilicet originalem iusticiam non tamen habuit quo posset proficere scilicet dei gratiam | Et confirmatur illud quod creatura est concreatum sic est sibi naturale igitur si angelis gratia gratum faciens fuisset concreata fuisset naturalis et sic non fuisset gratia tunc (?) | Contra istum istius tenent plerique doctores et probant sic in principio creationis omnia fuerunt simul creata vel in se vel in suis rationibus seminalibus sed in principio in statu gloria angelorum non fuit creata in se igitur fuit creata in suo seminario scilicet in gratia gratum faciente | 2° sic non magis retardavit deus ornatum creature spiritualis quam corporalis sed corporibus celestibus a principio sue creationis iunctis deus concreavit ornatum corporum ut patet in genesi 1° igitur perfecti sunt celi et terra et omnis ornatus eorum igitur creaturam spiritualem ornavit deus a primordio gratia et virtutibus | 3° sic deus prius est pronior ad miserendum quam ad condempnandum sed non minus creavit angelos potentes merendi scilicet gratiam quam potentes demerendi scilicet liberum arbitrium | 4° sic arguit quidam doctor ad idem sicut homo fuit creatus in gratia igitur et angelus antecedens probat sic quia homo fuit creatus in iusticia originali que quidem iusticia non videtur fuisse sine gratia concomitante quia iusticia originalis consistebat in perfecta obediencia corporis ad animam ¶ Confirmatur fundat se iste predictis sanctorum quia beatus augustinus 12° de civitate dei capitulo 10° dicit de creatione angelorum quod deus simul erat eis condens naturam et largiens gratiam et ibidem dicit bonam voluntatem quis fecit in angelis nisi ille qui eos cum

bona voluntate et amore casto ornavit. Item bonus 1 Reg. super 3m cap. Ecce sic dicit quod devoti essent in magna pinguedine spiritus sancti ornati sunt. Item dicunt multi quod nigredo haec non sit tenendus sed veritas mistica quod ipse possit sustinere et ad argumenta. Solutio ad primum dico negando artem ad maiorem sicut ponitur quia primi [illegible] gratia quia sanctus petrus post lapsum fuit restitutus tunc exaltata fuisset. Ad 2m nego similiter ad [illegible] quia ornatus corporalis est naturalis, ornatus iste spiritualis est quoddam gratuitum [illegible] quo ad gratiam de specia artem. Ad 3m dico quod hic voluntabat magis dei ~~potentia~~ bonitas quod dedit eis naturam inclinatam ad virtutem sine omni incitamento in tantum vel [illegible] ad vitium sive ad peccatum. Ad 4m dico quod illa iustitia originalis fuit rectitudo voluntatis quae potuit esse ex amore naturali quae erat donum ~~gratis gratum~~ gratis datum. Ad auctoritates adductas dicendum est quod amor ille fuit naturalis quia fuit nobilis et non magnum donum non dicitur amor castus et pinguedo spiritus sancti quia fuit magna gratia spiritus sancti licet non gratum faciens sed gratis data. Circa 2m articulum pono istam questionem quod ad hoc quod actus aliquis sit meritorius beatitudinis requiritur gratia gratum faciens. Probatur sic quia actus naturaliter procedens requirit aliquid ultra naturam sed actus meritorius beatitudinis est huiusmodi ergo et [illegible] est nisi ex [illegible] patet quia opposita haec est error pelagii qui posuit quod ex puris naturalibus quis posset mereri beatitudinem contra haec questio est satis determinatione magistri in ca° 2° et distinctio. Ex ista questione sequitur quod si angeli meruerunt suam beatitudinem hoc fuit mediante gratia gratum faciente sed utrum de facto meruerunt vel non ad primus non debemus videre ibi [illegible]

[illegible] de argumentis. Sed posset hic dubitari an potuit esse quod non meruerit ibi. Dico quod beatitudo potest dupliciter considerari uno modo absolute prout est unum nobile dei donum et sic non requiritur dignitate meriti ad beatitudinem quia sicut deus dat gratiam sine ullis operibus sine meritis sic et posset dare beatitudinem hominibus vel angelis nullo praecedente merito. Alio modo potest considerari beatitudo prout habet rationem praemii et sic dignitati requiritur meriti praecedens ut patet ex significatione termini. Ad argumentum dico quod illa visio fuit beatitudo quaedam de qua loquitur questio 2a primi articuli.

Utrum angelus

Utrum angelus malus potuit peccare in primo instanti suae creationis. Quod non arguitur sic quia plus dicitur in questione meta. quod in rebus aeternis non est aliquod malum neque error ergo angelus nunquam potuit peccare. Contra arguitur sic libertas angeli non retardat actionem sed agens naturale potest in sua actione in primo instanti sui ergo et agens liberum cuiusmodi est angelus ergo etc. In ista quaestione hic communis videndum est de [illegible] primo an angelus possit peccare quia de hoc tangit argumentum [illegible] 2° de peccato 3° utrum daemones post casum habeant locum aliquem eis deputatum 4° utrum peccatum luciferi fuit causa malis angelis occasio peccandi. Circa primum pono illam questionem quod angelus potuit peccare. Licet patet primo ex evidentia facti quia angelus peccavit 2° patet licet questio probatur sic angelus ex vehementia delectationis quam habuit ex consideratione suorum naturalium potuit inordinate appetere eo quod talis vehementia saepe potest impedire rationis iudicium quo ad debitam considerationem eius quod a voluntate

est appetendum igitur angelus potuit peccare
quia per consequens. Aliud est quod aliqui
doctores vocant inconsideracionem debite circumstan
tie in desiderio ultimi finis. Sed contra istam
inconsideracionem quo ad angelos arguit
multipliciter aureolus sicut recitat thomas
de argentina. ¶ Circa tercium articulum fu
erunt et sunt diverse opiniones. Una po
suit quod angelus de facto peccavit in ipso
instanti sue creacionis et ista persuasione
arguit sic Ideo fuit creatus homo occa
sione peccati angelorum puta ad restau
randum casum eorum / Sed homo in eodem instanti
creatus est cum angelis quia secundum au
gustinum omnia simul creata sunt ut dictum
est supra igitur in ipso instanti sui esse ange
lus peccavit / 2o ista opinio arguit
sic quia dicit Johannes 8o de malo ange
lo quod ipse homicida erat ab initio
et in veritate non stetit et de videtur esse pro
illa opinione determinacio beati augustini
de super genesim ubi dicit quod angelus
qui cecidit fuit continuo se a salute
vitalis avertit superbia tumidus et ipso
peccatis delectacione corruptus igitur et cetera ¶ Sed
hec opinio non est sustinenda quia est contra
prius determinata quia dictum est supra quod
fuit mora aliqua antequam ange
lus peccavit et dicit textus genesis
primo quod vidit deus cuncta que fecerat
et erant valde bona ergo saltem pro illo in
stanti nulla fuit in angelo malicia et
hec opinio est prius condempnata quia
est unus articulus dicens quod angelus
in ipso instanti sue creacionis peccavit
error / et non ad primum argumentum huius opi
nionis dico quod si nunquam peccasset an
gelus adhuc fuisset homo creatus ad glo
riam dei et decorem universi licet forte non
fuisset tunc tot homines creati sicut
modo / Ad 2m dico quod augustinus expo
nit illas auctoritates 11o de civitate dei
capitulo 13o ubi dicit quod illud in veritate
non stetit accipiendum est quod in veritate
non principaliter et superius satis dictum est de

illis et similibus auctoritatibus ¶ 2a o
pinio ad propositum ponit duas conclusiones prima
est quod angelus in ipso instanti sue
creacionis potuit elicere actum deformem
suum 2a est quod primus angelus non potest
elicere in primo sue creacionis instanti ac
tum deformem sibi imputabilem ¶ Sed
videtur michi quod licet prima conclusio sit proba
bilis secundum quod iste conclusiones simul sta
re non possunt eo quod si angelus e
licit actum aliquem deffectuosum libere a
proposito et non actum quod utrumque est sibi
imputabilis tamen bene in ipso instanti sicut
in quocumque sequenti instanti et cetera ¶ 3a
opinio est quod angelus in ipso instan
te sue creacionis non potuit peccare
et ista adducit pro se anselmum in libro
de casu dyaboli quia angelus non po
tuit primum actum voluntatis habere nisi
si quis moveret se ad volendum ille
prius vult se velle igitur primus actus
si fuisset malus esset in deum retorquen
dus quod probabile non est / 2o arguit
sic res generata primum movetur secundum agen
te ergo voluntas creata primum movetur secundum
creante. Hanc opinionem dicit thomas
de argentina fuisse sancti thome et mul
torum aliorum doctorum et quamvis opi
nio possit probabiliter sustineri tamen videtur
michi quod opposita sit probabilior et cetera
¶ Et ideo pono breviter illam conclusionem quod
angelus in ipso instanti sue creacionis
potuit peccare probatur sic quia non minoris
potencie fuit nec libertatis minoris ad
peccandum in ipso instanti quam in quocumque
alio sequenti sed in quolibet sequenti po
tuit peccare ut omnes concedunt ergo
sequitur et quo in aliquo sequenti pec
cavit quod in quolibet sequenti peccare
potuit / 2o sic in quocumque instanti vo
luntas potest habere actum libere elicitum in
illo instanti potest peccare quia potest non
recte elicere sed in ipso instanti voluntas po

tuit esse actu liber elicitus quia secundum Au-
gustinum effectus post esse receptus sue cau-
se sicut patet de quolibet lucido et eius lumine
ut ubique. Si angelus fuisset ut sol et
actus superbie elicitus ut splendor
solis non video quin in primo instanti po-
tuit sic fuisse. Igitur 9o negatur 3o, sicut cre-
atio voluntati non repugnat primo in-
stanti sue creationis mereri, ergo nec re-
pugnat sibi demereri. Et iterum angelus in
secundo instanti peccare potuit, quare a
patet quia facilius est voluntati creature
vel admirari tam fragile deficere sicut per-
ficere. Antecedens patet sic quia corpus in primo
instanti conceptionis sue mereri potuit
ymo de facto meruit. Quartum et si obicitur
quod tunc angelus in primo instanti cre-
ationis esset malus solum et confir-
matur per positum de anima humana quam deus
creat bonam que tamen est in primo instanti
in peccato originali. Sed quidam ponunt de
posito modo quod datur. Ad maiorem ma-
teriam ¶ Ad rationem 3e opinionis
que multum concludit dico negando
primum actum voluntatis non potuit ange-
lus esse et quam assumitur quia si quis
monet se ad volendum ille primus vult
se velle, nec tamen dico quod eodem
actu et una potentia vult obiectum
et vult se velle. Et hoc dicit doctor
solempnis qui tenet illam eandem quam
quam teneo ut michi videtur in uno quo-
libet suo ¶ Quantum ad 3m dico
quod demones post casum condempnati ex
dampnatione sunt condupliciter loci propo-
tione sue culpe et ratione expectationis
nostre. Quantum ad primum pono duas conclusiones. ¶ Prima
est hec quod ratione culpe locus post
casum demonis est infernus. Patet sic quia
ratione culpe debetur locus perpetue pe-
ne sed nullus talis est nisi infernus. Et
ideo dicitur Mathei xxv° Ite maledicti
in ignem eternum qui paratus est dyabolo
et angelis eius. ¶ Secunda quod demones post

casum quantum ad eorum officium usque ad
diem novissimum complete habent aerem simul et
infernum et intelligo sic quod aliqui
sunt in aere et aliqui in inferno vel quod
idem aliqui in aere alii in inferno. Patet sic
quia demones quantum ad suum of-
ficium sunt temptatores hominum viventium et
sunt tortores post mortem ad infernum de-
scendentium. Igitur quantum ad primum officium
complete habent aerem et quantum ad secundum complete
habent infernum. ¶ Ex illis conclusionibus sequitur
correlarie quod post diem iudicii proprius de-
monum locus erit tantum modo infernus.
patet quia tunc cessabit primum officium
et secundum manebit. ¶ Quantum ad 2m 9o
articulum pono duas conclusiones. Prima est
hec quod peccatum luciferi magis fuit
[?] quam peccatis aliorum angelorum peccan-
tium. Patet sic quia ceteris omnibus paribus
ipse fuit magis in gratuitis quia excel-
lentiora aliis habuit naturalia ut
patet supra [?] per distinctiones ¶ 2a 9o
quod lucifer ceteris malis angelis
fuit occasio peccandi patet quia alii
tanquam in [?] imitabantur eum tanquam
prelatorem in qualibus et superiorem etiam
dicunt doctores communiter quod alii ceci-
derunt quia superbie sue consuasori
consenserunt. Igitur conclusio vera. ¶ Ad rationes
principales dico quod primus loquitur in
alia materia de malo opposito bono nec
et de errore opposito veritati nec ita
quod valuit dicere quod intellectum mo-
tum primus non est malum nec error etc.

Utrum demones

Utrum demones cognoscant occultas
hominum cogitationes. Quod sic quia
cognoscunt peccata et multa occulta et
pari ratione cognoscunt omnes occultas
hominum cogitationes. Antecedens patet quia demo-

nes sunt incantationes indicis prius prae-
cantes peccatum mea igitur etc. Oppo-
situm arguitur sic quia scriptum est quod demon il-
labitur menti humane ergo est spiritus
quia hunt horrem secundum Augustinum de ecclesiasticis
soli reservatur igitur etc. Pro solutio-
ne huius questionis videndum est de quatuor
primo utrum demones possint illabi
anime racionali 2o utrum cognoscat nostras
cogitationes 3o utrum cognoscat fu-
tura 4o utrum divinationibus demo-
num sit credendum. Quantum ad primum
articulum pono 3es conclusiones quarum prima
sit ista: demon quilibet angelus bo-
nus vel malus potest esse in quocumque
corpore. Probatur sic quia corpori glorificato
non repugnat esse in quocumque corpore
patet de corpore Christi glorificato eo quod
Christus intravit cum corpore glorificato
ad discipulos ianuis clausis igitur
a fortiori demon qui est spiritus potest es-
se in quocumque corpore. Item dicit Damas-
cenus libro primo capitulo 16o incorporea
ubi mentaliter est ubi operatur sed demon
operari potest in quocumque corpore igitur etc.
Sed contra illam conclusionem videtur esse glosa super
2o capitulo Abacuc que dicit quod spiritus
immundus potest assistere simulacris sed
intus esse non potest. Solucio glosa
illa vult dicere quod demon cum simula-
cro in quo est non facit unum sicut
anima cum corpore. 2a conclusio sit ista demon
quilibet angelus bonus vel malus
potest cum anima racionali esse in eodem corpore
probatur quia si anima racionalis est in corpore
per informationem angelus potest esse in e-
odem per operationem. Item in multis locis scrip-
ture recitatur de obsessis et vexatis a spi-
ritibus immundis sicut actuum 10o
dicitur quod offerebant apostolis vexa-
tos a spiritibus immundis sed forte di-
ceres anima est tota in toto corpore et in qualibet
parte tota igitur si demon est in eodem
corpore videtur quod illabatur anime negatur
conclusio quia licet ... arguitur posset

aliqua similitudo illapsus tamen vere
malorum ... arguitur non potest 3a conclusio
demon vel quicumque angelus proba-
biliter illapsu non potest esse in anima probatur
sic quia nullus spiritus creatus potest per illa-
psum esse in alio spiritu igitur conclusio vera
antecedens patet quia tamen anima quam demon
sit spiritus creatus sed antecedens patet per dictum
beati Augustini de fide ad Petrum ubi dicit quod
singulis spiritualibus inest trinitas quo a
se invicem distinguntur et unus in alio
non est. 2a sic solus deus spiritus est illa-
bilis anime racionali igitur conclusio vera antecedens patet per
Augustinum in de ecclesiasticis dogmatibus
ubi dicit illabi menti illi tantum possibile
est qui creavit eam. Quantum ad
2m articulum dicit quidam doctor quod
demones non cognoscunt nostras cogi-
tationes licet quibusdam aliquid provenerit
visum fuit et sic probat sic quia licet
quantumcumque intra nos aliquid provenit
videatur sed tamen scriptura sacra tenet et
doctores communiter quod intellectus
in obscuro ... sed in multis locis scrip-
ture sacre dicitur quod solus deus
intuetur corda hominum ut actuum primo
dicitur tu domine qui solus nosti corda
hominum 3 regum 16o homo videt que
patent deus autem intuetur cor. Item
probat iste doctor auctoritatibus doctorum
et primo Augustini in libro de ecclesiasticis dog-
matibus ubi dicit non est possibile quod
angelus videat hominis cogitatio-
nem et quia alibi dixit Augustinus oppositum
ipse in libro retractationum retractavit
alii tenent oppositum. Pro concordia igitur
istorum sit distinctio quod demones
cognoscunt cogitationes hominum per
se ... intellectum primo quod cogno-
scat illas cogitationes ut unum obiectum
intelligibile secundo quod cognoscat
eas quantum ad intentionem cogitantis ita
quod non solum cognoscat species sed
usum specierum et secundum hec pono duas

conclusio — Prima est quod demones cognoscant
cogitationes hominum per medium obiecti
intelligibilis patet sic quia demon et quilibet
angelus est potens intelligere omnia in-
telligibilia igitur conclusio vera quia patet sed
antecedens patet quia demon et quilibet angelus
est perfecti potentia intellectiva quo ad
obiecta igitur etc. — Secunda conclusio sit ista de-
mones et angeli cogitationes hominum
quantum ad intentionem cogitationis cognosce-
re non possunt determinate licet coniectu-
rando sepe cognoscant eas ex aliquibus
signis prima pars huius conclusionis sic patet
quia demones et angeli cognoscentes
cogitationes hominum per medium ~~obiectum~~
obiectorum ut dictum est ergo ita non possunt cognoscere
omnino determinate cognoscere hominum in-
tentiones ut patet per auctoritates allega-
tas circa principium huius articuli igitur etc. Secunda
pars conclusionis sic patet quia verum est ali-
qua cogitatio hominis maxime si est
fortis quod aliquod indicium vel signum
eius appareat in aliqua parte corporis
igitur per tale signum demones possunt co-
iecturare de intentione hominis igitur
conclusio vera — Quantum ad tertium articulum po-
no primo istam conclusionem demones cum aliqua
certitudine non cognoscunt futura patet
quia non cognoscunt ea nisi eo quod
futura non dicunt sunt nec in suis causis
quia ex causis cognitis non sciunt nec
quare possunt quandam certitudinem cum causae
sedare quas cognoscunt possunt
inveniri et impediri igitur conclusio vera — Secunda conclusio
est de certitudine notitie que potest
fieri per quamcumque artem vel ex scientia in
qua quidem certitudine presuppositis quibus
cursibus causarum sic demon potest certa noti-
tia cognoscere futura patet sic quia homines
isto modo possunt prognosticare aliqua
futura per artem et scientiam sed demon
precellit homines in arte et scientia
igitur conclusio vera. Tertia conclusio patet quod di-
cendum sit ad tertium articulum quia demo

potest de futuris verum aliquid hominibus
notificare non est tamen ideo sibi credu-
litas adhibenda quia ipse falli potest
et semper fallere nos desiderat — Secundum Au-
gustinum pulchre dico quod demon multa
precia cognoscit ex signis et coniecturis
vel certa deo revelante quia ipse ca-
pere habet deo volente et permittente

Utrum angelus possit causare motum
transeuntem in rem exteriorem / quod non
arguitur sic / quia omnis potentia angeli
per quam angelus potest actum aliquem prin-
cipiare aut est intellectus aut volun-
tas sed neutra istorum angelus potest prin-
cipiare actum transeuntem sed solum immanentem
ut manifestum est igitur etc. — Oppositum patet 12°
metaphysice ubi philosophus dicit quod intelligentie
movent orbes celestes id est causant
motum transeuntem in rem exteriorem —
Pro solutione huius questionis videndum est
de tribus primum est de quesito secundum de hoc
an angelus malus possit movere sive
immutare sensum hominis / tertio utrum possit
movere et immutare intellectum / quartum an pos-
sit movere et immutare voluntatem hominis
seu affectum — Quantum ad primum dicunt
doctores diversi de demone ad formam
sed concordant satis demoni ad ubi et eo
de utroque pono conclusionem — Prima conclusio an-
gelus potest movere corpus motu ad
formam sicut ubique angelus potest corpus
aliquod calefacere vel frigefacere patet
sic quidem in tantum conferiatur formas
competit vel attribuitur inferiori tamen ut
perfectio magis hoc competit et attribuitur
cause superiori sed celo quod est causa inferi-
or ad angelum competit et attribuitur
posse movere ad formam igitur etc. maior
est nota de causis quo philosophus 12° me-
taphysice sed minor patet 2° physicorum 2a conclusio

tione et ipso meteororum quia consistit conclusionibus tenet
doctor ille qui contra sequitur sed iudi
cio meo sine motivo efficaci — 2a conclusio
sit ista anglus potest movere corpus mo
tu ad ubi probatur sic primo auctoritate philosophorum
qui concedunt quod intelligibile movet
orbes celestes ut patet 8o physicorum et 12o
metaphysice / patet etiam secundo conclusio auctoritate scriptu
ribus sacre quia legitur genesis 19o de duo
bus anglis qui eduxerunt Loth cum
filiabus et uxore de Sodoma in propriis
locis servavit hominem sive / etiam tertio conclusio
de institutione beati augustini 3o de trinitate
capitulo 4o ubi dicit quod deus corpora gros
siora per subtiliora gubernat et corporale
spirituale per spirituale — 3a conclusio in angelo non
est dare potentiam aliquam motivam re
aliter distinctam ab intellectu et voluntate
probatur sic quia anglus potest movere cor
pora per processus predictos sed in angelo non
sunt alie potentie quam intellectus et
voluntas igitur conclusio vera / fateor tamen quod
modus est difficilis saltem quo ad
considerationem nostram cuius non habemus
ad cognitionem dummodo et propter hoc ali
qui doctores tenent contra istius conclusionis
dicentes quod preter intellectum et voluntatem
in angelo sit potentia motiva non vi
deo necessitatem illius potentie videre ex so
lucione de argumentis in questione huius distinc
tionis ille veritatem argumenti doctorum
omnium tenetur — 4o conclusio anglus non mo
vet corpora immediate per suam essentiam probatur sic
quia anglus non intelligit nec vult
immediate per essentiam suam igitur conclusio vera
qua patet quia mediante intellectione et vo
litione anglus movet ut colligitur
ex precedentibus conclusionibus sed antecedens est ab omnibus
concessum quia soli deo convenit intelligere
per essentiam igitur etc. — 5a conclusio quamvis
anglus moveat corpus ad ubi per in
tellectum et voluntatem immediate tamen et
principaliter movet per voluntatem quam
per intellectum probatur sic quia dominus doctor in
[illegible] metaphysice ubi dicit quod intellectus

movet orbes ipse sicut causa tamquam
ipse amatum et desideratum sed amare
et desiderare sunt actus voluntatis igitur
etc et confirmatur quia voluntas est emi
nentior et superior potentia quam in
tellectus igitur conclusio vera — Circa autem ad
3m articulum pono ista conclusio quod
angeli mali sunt isto modo sensus ho
minis immutare quia sunt sensibus
hominum illudere hec conclusio manifeste videtur
esse de intentione beati augustini 18o de civi
tate dei capitulo 7o ubi dicit quod
illud quod hominibus coloribus vereis
quod demonibus figuris fictis facillime
fuit sunt vim veritatis augustini ibidem
capitulo 18o quod quedam mulieres stabu
lariae magicis artibus perfecte ca
seo mutabant homines in asinos qui
onera portabant et completo labore
apparuerunt et fuerunt in propria humana
ut prius et dicit augustinus ibidem quod in
quodam libro fatetur Appuleius se
hoc accidisse iste Appuleius fuit
magnus philosophus et composuit librum qui
intitulatur de deo Socratis hoc autem et
consimilia sunt contingere explicit quod demon
seu anglus malus alienas et
varias species putat [illegible] — Circa
tamen ad 3m articulum pono duas con
clusiones / prima est hoc quod demon uel
malus anglus non potest immediate mo
vere seu immutare intellectum hominis
probatur sic quia non potest tam immediate mo
vere uel immutare nisi fiat unitas sibi
prius sed hoc est illabi quod est impos
sibile ut patet per dicta precedentis conclusionis in
2a conclusione huius articuli — 2a conclusio sit ista
demon seu anglus malus potest mediate
fantasmate seu specie movere uel immu
tare intellectum hominis probatur sic quia
sicut intellectus hominis movetur per
species [illegible] [illegible] non [illegible]
ut patet 3o de anima ita demon seu an
glus malus posset complere species

intellectum reputatur de rebus nisi prius fuerit
in aliqua sensatus igitur quaestio vera. Et conformiter
tu ad articulum quartum est illud attenden-
dum quod duplex est appetitus in homine
scilicet sensitivus et intellectivus ut patet 3o de
anima et quia demon seu angelus potest
movere appetitum sensitivum et etiam
potest aliquo modo movere appetitum intellec-
tivum scilicet ipsam humanam voluntatem et a-
liquo modo non potest eam movere. Ideo ad
declarandum illud pono 3es conclusiones. Prima
est demon seu angelus malus potest
appetitum sensitivum immediate movere
vel immutare. Probatur sic quia appetitus
sensitivus fundatur immediate in or-
gano corporali. Ideo angelus faciendo
aliquam mutationem circa illud organum
movet et immutat appetitum sensitivum
patet illud per hoc in irascibili quae est pars
appetitus ~~sensitivi~~ sensitivi quam
et in concupiscibili. Potest etiam demon
deo permittente facere ebullitionem sangui-
nis circa cor et sic movere irascibilem
et sic bonus angelus potest illam ebul-
litionem sanguinis distringere et redu-
cere hominem ad mansuetudinem. Sic similiter potest
demon vel malus angelus facere deo
permittente calefactionem circa renes ex
qua movetur concupiscibilis ad venere-
a et angelus bonus potest illa ex-
tinguere. Igitur conclusio vera. 2a conclusio demon seu
angelus malus non potest movere ap-
petitum intellectivum directe et immediate
patet quia hoc fieri non posset nisi esset
sibi intrinsece propius et illabitur sibi quod
est falsum ut patet ex superius dictis. Igitur conclusio
patet quia appetitus intellectivus sive angelicus
est humana voluntas est forma indivi-
sibilis et non est fundata in organo
corporeo. Igitur conclusio vera. 3a conclusio demon
seu angelus malus potest movere ap-
petitum intellectivum scilicet humanam volun-
tatem intellectualem seu persuasive. Probatur quia
appetitus intellectivus non nunquam sequitur
appetitum sensitivum sed illum demon potest
immediate movere ut dicit conclusio prima huius articuli

et etiam demon potest suasive et persuasive de bo-
nitate obiecti volibilis. Igitur conclusio vera. Et sic
intelligendum est quod dicit Beda super 5o
Actuum: cur temptavit Sathanas
cor tuum. Quod dixit sanctus Petrus ad
Ananiam: Sathanas implet cor
alicuius, pallida et sic dicitur dulcerata de
temptatione alicuius in affectu malicie te-
nens cogitationes et incentiva vicio-
rum. Patet igitur conclusio. Sed ad rationes principales dicendum
concedendo 2am quia dicit conclusio 3a primi
articuli quod angelus facit motum
exteriorem per intellectum et voluntatem. Sic conclusio

Utrum angeli ordinis

Utrum angeli ordinis superioris illuminent
angelos ordinis inferioris. Quod non,
omne lumen angeli vel est naturale vel gratie
vel glorie. Sed quodlibet istorum fit in angelo per
creationem. Ergo si angelus angelum illu-
minaret angelus crearet quod est falsum.
In oppositum dicit magister in textu et beatus
Dyonisius 3o de divinis nominibus distin-
guit celestes ierarchias penes illumina-
re et illuminari. Pro solutione huius quaestionis
videndum est de 3ibus. Primo an et quomodo angeli
per ierarchias et ordines distinguantur.
2o an omnes in speciali ad determinatos (?)
ordines assumantur. 3o de quaesito
an inferiores a superioribus illuminentur.
Quo vero tres illuminatio sit angelorum lo-
cutio. Circa primum advertendum (?) est
quid sit ierarchia et quid ordo et quomodo
distinguantur ierarchie et ordines. Dico
igitur primo quod ierarchia dicitur quasi
principatus sacer. Hieron quod est sacrum
et archos princeps et ex hiis ierarchia
id est sacer principatus et diffinitur a beato Dyo-
nisio in libro de celesti ierarchia sic:
ierarchia est divinus ordo sciencia et ac-
cione deiformi quantum possibile est assimila-
tus et ad inditas divinitus illuminationes
proportionabiliter in deum similiter consurgens

vm

ad eius intelligenciam est sciendum quod in
omni principatu requiruntur duo scilicet gra-
dus potestatis et debitus finis et ista duo
inveniuntur in sacro principatu quia
ultimus finis est ibi assimilacio ad
deum et hic finis non est possibile consequi
nisi per ordinatam actionem ad quam exigitur
ordinata potestas et ista dirigens et
actio ad finem perducens et dei similitudo si-
cut finis intentus ideo omnia ista po-
nuntur convenienter in diffinicione ierarchie
cum dicitur quod ierarchia est divinus ordo
igitur etc. Et est quarto advertendum quod
si sacer principatus consideratur in ordine
ad primum unicum eius principem et gubernato-
rem qui est deus gloriosus hominum et an-
gelorum primus et supremus dominus sic est
tantum unica ierarchia Si autem sacer
ille principatus consideratur propter mul-
titudinem gubernatam sic plures sunt prin-
cipatus dicitur primo quod multitudo uno et
eodem modo potest gubernacionem principis re-
cipere que non non eodem modo gubernacionem
principis recipiunt ad diversos pertinet
principatus ut quia alio et alio modo ho-
mines et angeli divinas recipiunt illu-
minaciones ideo distinguitur angelica ie-
rarchia ab humana et primo consequenter mo-
do distinguuntur angelice ierarchie
inter se et quia in qualibet ierarchia
esset multitudo confusa si in ea diversi or-
dines non essent ideo ipsa racio ierarchie
hoc exigit ut in qualibet ierarchia sint
diversi ordines ex quo tunc patet quid
sit ordo multitudo gubernata consimili modo
gubernacionem recipiens etiam quid sit
ordo magister exposuit in 2o capitulo huius
distinctionis Sicut ergo quidam ymagina-
cionis in terreno imperio qui imperatori
subsunt et serviunt tripliciter distinguuntur
quia quidam sunt immediate principi assi-
stentes alii negociis regni presidentes
et tercii beneplacitum regis opere exsequentes
sic intelligi in ipso sunt tres ierarchie
primum beatorum spirituum prima familiariter assis-

tentium secunda imperialiter presidencium tercia
beneplacitum celestis principis regaliter ex-
sequencium Circa primam igitur ad primam ierar-
chiam est advertendum quod ad familiari-
are summi regis assistenciam tria requi-
runtur scilicet fervens dileccio limpida
cognicio et placida gustacio et ideo
hec tria sunt tres ordines in prima
angelorum ierarchia Primus ordo et su-
premus est seraphyn quod interpretatur
incendium unde dyonisius 8o capitulo celes-
tis ierarchie dicit quod ordo ille se-
raphicus est quod calidum acutum
et superfundum Secundus ordo est cherubyn
quod interpretatur plenitudo sciencie angeli
enim istius 2i ordinis pre omnibus in-
ferioribus divina secreta limpidius
cognoscunt ut dicit magister in textu unde
dicit beatus bernardus 5o de consideracione
putentur spiritus cherubyn ex ipso sapien-
tie fonte scilicet altissimi haurientes et re-
fundentes fluenta sciencie universis civi-
bus suis tercius ordo est thronorum qui
in ipsis tamquam in placidis et quietis
sedibus sic maiestatis deus sedens
ipsis mediantibus voluntatis sui bene-
placiti defert ad inferiores de ipsis
thronis dicit beatus gregorius super
ezechielem omelia 20 sic in eis cum sedet
deus et per eos sua decernit iudicia
et in quinto de consideracione dicit beatus bernardus
ubi supra esse summa tranquillitate pla-
cidam serenitate pace que exsuperat
omnem sensum Secunda ierarchia est pre-
sidentium imperialiter unde ad imperi-
ali presidencia requiruntur tria scilicet aucto-
ritas iniungendi virtus exequendi
et strenuitas resistendi et ideo hec sunt
tres ordines istius ierarchie Primus
est dominacionum ad quos cum spec-
tat sive auctoritate iniungendi et
precipiendi unde beatus bernardus ubi supra
dicit primo ordine secunde ierarchie de
putemus dominaciones adeo in instanti
omnibus supereminet in ... ordi-

nibus ut respectu corporis celi ad ministerium totus videatur. 2us ordo est virtutum quia 2m doctores sanctos per ipsas deus signa operatur et prodigia et eos per quas datum est Luce 21o Erunt signa in sole et luna et stellis et virtutes celorum movebuntur. 3us ordo est potestatum quorum munus est resistere malignis spiritibus secundum eundem ut dicit Hugo ubi supra. 3a ierarchia est beneplaciti summi regis opere completiva quia spiritus istius ierarchie divinam voluntatem eciam hominibus opere complent. Sed autem completus triplex est una quoad provincias et regiones alia quoad personas prelatas et religiosos 3a quantum ad omnes et sic istius ierarchie sunt 3es ordines primus principatuum de quo ordine intelligitur fuisse angelus de quo dicit angelus qui apparuit Danieli 10o princeps regni persarum restitit michi. 2us ordo est archangelorum de quorum numero fuit Gabriel minister ille nostre salutis missus ad virginem ut dicunt quidam Dyonisius tamen videtur sentire quod fuit de seraphin. 3us ordo est angelorum de quorum numero fuisse videtur Raphael ille qui custos fuit Thobie iunioris quia de isto ordine sunt angeli ad singulorum hominum custodiam deputati de quibus infra patebit. Quantum ad 3m articulum dico quod homines inquantum quod participant penes aliquam specialem proprietates vel condiciones predictorum ordinum sic assumuntur cum angelis ad ordines predictos puta sanctissime dilectos ad ordinem seraphin in quo super omnes angelos exaltata erit de qua est ancilla nostre redemptionis ergo glosa quia sanctius omnibus dilexit ideo que ordine ut dicit Bonaventura in quodam sermone assumptus est sanctus Iohannes nuncius salvatoris baptista qui testimonio eiusdem nostri salvatoris lucerna erat ardens et lucens quo maior non surrexit inter natos mulierum in quibus autem non est tantus ardor dileccionis sed tamen in doctrina catholice fidei excellunt assumuntur ad 2m ordinem scilicet cherubin in persona illorum quod dicitur Danielis 12o qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti et ita quantum dictum est de primo scilicet.

Quantum ad 2m articulum pono duas conclusiones prima est ista eciam angelo non repugnat recipere illuminationem probatur sic quia quod lumen est capax et non tamen omnino luminis plenum ut potest recipere illuminationem sed quilibet angelus est huiusmodi eo quod lumine angeli est participatum igitur etc. Et illam conclusionem tenet commentator super 3o de anima commento 3o ubi sic dicit quod intellectus potest lumen perficere et amplius de lumine recipere et reddit ibidem dicens quod licet quod est liberum abhinc natura sed receptiva est primum intelligere i. deus. 2a conclusio sit ista angeli inferiores recipiunt illuminationem a superioribus probatur sic omnis veritatis revelacio in angelis est illuminatio ut patet ex primo sed veritates divinorum secretorum inferioribus angelis revelantur a superioribus ut patet per Dyonisium 4o de divinis nominibus igitur etc. Et eciam hec conclusio est beati Dyonisii 8o celestis ierarchie ubi sic dicit lex deitatis est ordine divinitus sic ordinem inmigrata secundarum intellectualium participat illuminaciones per primas. Item dicit commentator ubi supra. Quantum ad articulum 3m dicit Thomas de ar. concordantes sanctorum doctorum quod omnis illuminatio angelorum aliquo modo potest dici locucio sed non econverso et ideo dicit quod 3es condiciones requirit locucio ut possit dici illuminatio prima quod sit necessaria 2a quod sit de talibus quia que sit nota ei ad quem dirigitur locucio 3a quod sit de talibus quorum notitia perficiat intellectum 4a quod sit clara et intelligibilis illi ad quem

dirigitur quia si deficiat aliqua istarum rationum praedictarum ita erit locutio quod non illuminatio et non quando deus loquitur ad hominem vel ad angelum cuius locutio semper est illuminatio ut patet ex illo quod dicit beatus gregorius 2° moralium loquitur inquit deus ad angelos sanctos quod eorum cordibus occulta sua invisibilia ostendit et quid agere debeant in ipsa contemplatione veritatis legunt et ista patet quod si angelus inferior loquitur superiori non dicitur propter eum illuminare quia inferior nichil scit quod superiorem lateat superior autem angelus loquens inferiori potest eum illuminare et propter hoc dicit beatus dionysius de celesti angelica ierarchia angelum clamantem ad angelum est significans theologicas illuminationes primis tradunt et ad hoc concordat glosa super isto verbo pauli ad corinthios 13° si linguis hominum loquar et angelorum 1 cor. 13 ubi dicit lingue angelorum sunt quibus angeli superiores significant inferioribus quod de dei voluntate sentiunt hoc autem est illuminare inferiores et sic patet ad primum articulum questionis 1 et secundum articuli principale nec quia sed quia

Utrum angeli mittantur

Utrum angeli mittantur ad homines in ecclesia militante et quod non arguitur sic quia scriptura mittitur mittens ubi non presens est dominus sed deus est ubique presens omni creature ut declaratum est super in primo libro 1° quo scilicet contra thobie 12° ubi dicitur in persona angeli nunc misit me dominus ut curarem te et saram uxorem filii tui a demone liberare pro solutione huius questionis videndum est de tribus primo de quesito 2° utrum angeli aliqui sic mittantur quod cuilibet homini custodia deputetur 3° an in tali missione angelorum augeatur primum ipsorum 2° et videtur ad primum ponere primo illa 3° quod angeli mittuntur ad homines in ecclesia presenti militantes hoc patet ex multis locis scripture veteris et novi testamenti in genesi patet de abraham et iacob ad quos angeli fuerunt missi in exodo de moyse et etiam in novo testamento luce primo dicitur quod missus est angelus gabriel a deo in civitatem galilee etc. et actuum 12° nunc scio vere quia misit dominus angelum suum 2a conclusio sit ista licet regulariter non mittantur ad homines nisi angeli de inferioribus ordinibus tamen illi de supremo ordine missi sunt et de facto missi sunt secundum aliquos ut patet per magistrum sententiarum patet per dyonisium in libro de celesti ierarchia ubi dicit quod ille angelus qui missus fuit ad annunciandum christi incarnationem fuit de primo et supremo ordine item ad hebreos primo dicitur quod omnes angeli sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui capiunt hereditatem salutis igitur conclusio vera bonaventura et doctores tenent oppositum istius conclusionis sed omnes rationes et auctoritates quas adducunt solum possunt probare oppositum huius 2e conclusionis quia omnes loquuntur de regulari missione sed non de speciali quia si deus misit filium suum pro salute hominum et spiritum sanctum pro sanctificatione fidelium non video sufficientem causam quare doctores sententiant tanta difficultate de missione supremorum angelorum 3a sit conclusio ista quod in tali missione angeli non retardatur a visione dei contemplative probatur sic quia angeli in illa visione dei contemplatione vident ea propter que mittuntur et vident modum per quem compleant debitum suum ministerium igitur conclusio vera sed forte dicet quis quod si hoc esset verum tunc angelus persarum nunquam restitisset angelo persarum nisi quia vidisset

ambo in beata dei contemplatione cognovisset quod complacendum fuisset. ¶ Solutio: illa dissensio angelorum potuit esse quia habuerunt in ipso gaudium de verbis. ¶ Contra tamen ad 2m articulum ponam duas conclusiones. Prima est haec quod quilibet viator militantis ecclesie habet angelum sibi deputatum ad eius custodiam. Haec conclusio patet in glosa super 18o verbo mathei 18o videte ne contempnatis unum ex hiis pusillis qui in me credunt dico enim vobis quod angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est. Hanc sententiam videtur dyonisius 9o de angelica ierarchia. Item dicit beatus augustinus 7o de trinitate capitulo primo ut omnia ordinate fierent voluit deus ut homines reducerentur in primum per custodiam angelorum. Et ideo est communis opinio theologorum quod quilibet homo habet angelum custodem sive nec credat [?] 2m intellectum nec de vice 2m voluntatem. Contra ista [illegible] vitas [?] ut declarari [?] ex hiis que generales philosophi senserunt [illegible] in libro de deo socratis sic dicit [illegible] igitur sublimiori deorum copia plato arbitratur singulis hominibus in vita agenda testes et custodes singulos additos qui hominis [illegible] assunt et adsunt ibi de dyabolis et de angelis quia demon est genus nominum ad bonos angelos et ad malos ut dicit venerabilis hugo. ¶ Sed contra istam conclusionem opponunt quidam primo de antichristo qui erit viator et non videtur habiturus angelum custodem cum ita malus futurus sit quod nullatenus per eum regi possit. 2o de christo qui fuit verus homo et tamen non videtur quod habuit angelum custodem quia non videtur fuisse aliqua necessitas. 3o videtur quod angelus esset culpabilis quando homo peccaret quia perfectam custodiam hominis non haberet. ¶ Solutio: 2m doctores antichristus habebit angelum custodem nec in ipso omnis homini [illegible]

in fruigat [?] ut ipse ipso suo demerito in suis condepereret [?]. Ad 2m dico quod christus non habuit angelum specialem custodem quia fuit et est verus deus sed habuit ministerium angelorum pro ministeriis. Et non est contra conclusionem quia christus fuit simul viator quod cum [?] fuit verus comprehensor quoad [?] [illegible] homini. Ad 3m dico quod angelus non est culpabilis in peccato hominis sicut nec medicus qui infirmus sibi non obedit et ipse sua diligentia facit. ¶ 2a conclusio quod angelus ad custodiam hominis deputatus toto tempore vite presentis est custos eius. Patet sic quia angeli boni non sunt minus prompti ad homines eis commissos custodiendum quam mali ad infestandum et decipiendum sed mali non desistunt temptare usque ad mortem igitur nec boni desistunt custodire. Sed quidam contrarium tenentes dicunt quod angelus ad custodiam deputatus faciat sicut prudens medicus qui videns infirmum incurabilem derelinquit eum sic et angelus videns hominem in malicia obstinatum derelinquat eum et eo firmat [?] hoc per scripturas quia ieremie 51o in persona angelorum ut glosa exponit dicitur curavimus babilonem et non est sanata derelinquamus eam et eamus unusquisque in terram suam. Item ysaie 5o dicitur auferam sepem eius et erit in direptionem dicit glosa auferam sepem id est angelorum auxilia. ¶ Solutio ad primum dico quod non est sic quia homo est liberi arbitrii et magna est misericordia dei nec angelus custodiens non potest scire an homo finaliter maneat in peccato mortali. Ad auctoritates dico quod intelligende sunt de [illegible] tamen anima separata a corpore tunc enim videntes angeli finalem impenitudinem hominis ad quorum custodiam deputati fuerunt recedunt [illegible]. ¶ Contra tamen ad 3m articulum. ¶ Prima conclusio sit ista quod ex custodia singulari angelorum ad homines

no angeli angelorum essentiale premium
sit quia gratia creatia est multo sunt
beatifico non est amplius commovere me
in via essentialiter meritis ceteris meruerint sed
quantitatum est quantum ad essentiale premium
in ipso termino 2m quod exponitur illud
certa sedes in quocumque loco ceciderit
ibi erit igitur questio vera. Contra quartum sit
ista peticio custodia angeli perficit
premium quantum ad premium accidentale
patet sic quia si gaudium est angelis
dei super uno peccatore penitentiam agente
luce 15o quanto maius gaudium esse
poterit ipsi angelo de homine quem specialiter
custodivit et ipsum in iustum
in iusticia finaliter confirmavit igitur
questio vera. Contra 5m patet dico quod
licet deus sit ubique tamen non dimittit se
ubique presenter et omnia facit imme
diate per se eciam in naturalibus que per se
immediate facere posset sic in proposito
de angelis misso quod est contra dictum 12m est

Utrum in principio

Utrum in principio creationis rerum in forma
materia precessit duratione omnem materiam
formam materialem quod sic arguitur quia
forme materiales educte sunt de po
tentia materie ut patet per commune proverbium igitur
questio vera. Contra ... arguitur sic quia materia
ante omnem formam materialem necessario
sequitur formam nec aliam formam co
mitta igitur actu non fuit continua
patet quia quedam est in actu et forma
materia est in actu a° necessario 1° questio falsa.
Pro solucione huius questionis videndum
est de quatuor primo utrum materia de se dicat
aliquem actum 2o de primo 3o utrum in
celo sit materia 4o supposito quod sic an
materia celi sit eiusdem racionis cum materia
istorum inferiorum. Circa primum ad hunc
articulum sunt opiniones doctorum contra
thomas de arzetana ponit istam questionem

in distincte quod materia de se nullum ac
tum dicit et hoc probat sic primo sicut
se habet primus actus ad potentiam sic se habet
prima potentia ad actum sed primus actus
est purus actus et immixtus quacumque
potentionalitate passiva ut patet 12o me
taphysice igitur prima potentia passiva
est ipsa materia ut patet per propositum et quieta
tore erit pura potentia de se nuda
ta ab omni actu. Potentia arguit ille
doctor sic si materia de se dicit aliquem
actum tunc ex materia et forma non
posset fieri aliquod unum scilicet to
talem quia ex duobus entibus in
actu non fit unum. Ad hoc mechafsicus 2to
similiter doctor iste simul in textum sic
quia ex hoc materia et forma fiunt una
cum essencia quia materia se tota re
cipit formam hoc autem non fieret si materia
diceret aliquem actum non enim recipit
nisi ut est in potentia 3o 2m illud
quod est in actu non recipit formam
nisi ex parte qua recipit eam se tota
3o sic contra imitatorem 3o de anima materia
prima est pura potentia in genere en
tium ergo si diceret aliquem actum de se
ille non posset esse de genere entium sed
de genere nichilorum quia patet de se 4o sic
illud quod est essentialiter potentia
ita quod eius potentia est idem omnino
quod sua essencia id de se non potest
dicere aliquem actum materia prima est huiusmodi
igitur etc. ad oppositum est non . . . probat ille
doctor ex quantitate materie de substantia orbis
ubi dicit quod materia per se ratificatur et
posse et quod potentia eius est sua
lis differentia 2o sic actus est qui
distinguit 3o . . . et 9o metaphysice
sed in fundamento ut nichil est dis
tinctum 2o metaphysice 12 etc. quia questio
ista non apparet michi ita indistincte
esse vera ideo cum aliis doctoribus a
liter dicendum ad istum articulum distinguen
do quod triplex est actus est enim actus
indeterminatus de se determinabilis tamen per alia

cui actu / aliud est actus determinatiuus
3us est actus determinatus primo materia est
actus 2o forma / 3o totum compositum
¶ Prima igitur sit ista materia prima est ens
probatur sic quia ipsa est reale subiectum genera-
tionis et corruptionis et est realiter
intrinsecum rei naturalis principium igitur
Quo ad 2m nota de se actum patet primo
physicorum et primo de generatione et quasi per
totam naturalem philosophiam / Contra ista conclusio
arguitur quod materia prima est actu
ens probatur omne quod est ens hoc est actu
ens quia potentialiter est ens igitur etc
¶ 2a igitur materia prima de se dicat actum en-
titatiuum probatur sic quia ipsa est extra
actum existens propter quod prima conclusio ve-
ra est igitur quo ad conclusionem sequitur quia
licet materia habeat esse formale per formam non
tamen habet tale esse a forma quo est
materia etiam patet licet quo ad propositum theologica
sic omne procedit a deo licet aliqua simi-
litudine cum deo sed si materia est simpliciter pu-
ra potentia nullum de se dicat actum
nullam licet similitudinem in deo uel cum deo ostenditur
etc ¶ 3a igitur sit ista materia de se dicat
aliquem actum probatur quia ipsa non est sim-
pliciter pura potentia propter eius proxima et
etiam quia ipsa dicat actum entitatiuum
quia ipsa actu est ens distinctum a for-
ma realiter et a toto composito igitur etc ¶ 4a
igitur materia de se non dicat actum determinatiuum
nec etiam actum determinatum probatur quia de-
terminare est proprius forme et determinatum
esse per formam est proprius compositi et ex hoc
patet quod materia etiam de se non dicat ali-
quem actum actiuum eo quod est pura
passiua potentia et per illam conclusionem et eius
declarationem videtur faciliter
argumentis thome de ar. ¶ Ad primum
dico quod probat quod materia prima
non est potentia actiua / Ad 2m dico
quod illud dictum physicorum in 1o mathematice
intelligitur de actu 2o uel 3o dicto
¶ Ad confirmationem dico quod actus entita-
tiuus est potentia receptiua ¶ Ad 3m dic-
o quod commentator loquitur de potentia pas-
siua et si aliter loquitur ergo nego eum
quia nullius est auctoritatis / Ad 4m
quod fundatur in dicto commentatoris de substantia
orbis dico quod ~~[struck]~~ melius fuisset
quod illum librum non scripsisset et ad auc-
tenticitate dico sicut ad precedentem ¶ Ad
5m dico quod actor intelligitur de distinc-
tione formali et boetius similiter ... in
materia prima essentia realiter est a
forma sola et composito Item a formis
accidentalibus distincta igitur etc ¶
Contra ad 2m articulum doctor thomas
de argentina quod nec de facto materia in for-
mis precessit nec potuit materia informis
precedere quia ipse dicit quod implicat con-
tradictionem et sic mouetur probabiliter sic illud
quod de se nullum actum dicit non potest esse
sine forma sed materia est huiusmodi igitur
antecedens est solutum supra / 2o ipse arguit
omne actuale existens est a forma igitur
materia non potest esse sine forma antecedens patet
per boecium in libro de trinitate qui dicit omne
esse est a forma et michael 2m naturam ma-
terie dicitur esse / Secundo ~~[struck]~~ dubitando
cuius in prima distinctione de actu qua
primis et dico quod boecius loquitur ibi
de esse actuali formali et non de esse enti-
tatiuo actu / Item arguit sic esse actu-
ale est actus quidam et per consequens aliqua
forma nego illam quam non probat
argumenta ille doctor contra ista sufficienter
tunc facit et satis est manifestum quod
ipse non reducit ad contradictionem materiam
sine forma esse ¶ Ad 2m articulum
pono conclusionem prima est ista materiam per se
absque omni forma determinata esse non est
impossibile probatur sic quia materia per se est
ens reale distinctum contra qualibet
forma igitur nullam contradictionem implicat
materiam sine forma esse et nullam formam
esse saltem secundum formam informantem
quia patet per diffinitionem contradictionis in
primo perihermeneias ubi dicitur quod contradictio est
affirmatio et negatio eiusdem de eodem secundum

aliud patet ex dictis in precedenti articulo. 2a
secunda materia prima potuit esse denudata
ab omni forma patet quia ipsam sic esse
non est impossibile igitur conclusio nota. Ex hoc
sequitur tertia quod in principio creationis
mundi informis materia potuit pre-
cedere duratione omnem formam materia-
lem patet ex praedictis. ¶ Tertia conclusio sit ista respon-
salis ad questionem quod in creatione re-
rum de facto materia simpliciter informis
non precessit duratione omnem materia-
lem formam. Hec conclusio est expresse de in-
tentione beati Augustini super Genesim et
generaliter ubicumque de ista materia loquitur.
De ista materia dicit enim Augustinus quod
quamvis de voce dicatur formetur ubi
vox tamen non duratione sed natura precedit
et ubi sic quamvis Deus omnia fe-
cerit de informi materia tamen informis
materia res fortasse non precedit duratione.
Concordat textus Ecclesiastici 18o qui vi-
vit in eternum creavit omnia simul sed
non facit multum licet doctores illum
textum allegant sed contrarium tenuerunt
antiquitus multi doctores et funda-
bant se super dictis sanctorum primo in dicto beati
Gregorii qui exponens illum textum Ec-
clesiastici 18o qui vivit etc. sic dicit
omnia sunt simul creata per substantiam materie
sed non per speciem forme. Item contra Genesim primo
dicitur quod terra erat inanis et vacu-
a ubi dicunt expositores quod
terra inanis et vacua erat informis
materia et beatus Augustinus exponens illud
ubi sic dicitur non ideo nominatur terra
quia talis erat sed quia esse talis
poterat. Ergo videtur quod primo scilicet in
principio creationis materia erat non ha-
bens formam etc. ¶ Solvendo dicitur
notandum est de materia informi et expresse
inveniet verum intellectum auctoritatum
et contra sententiam et verum intellectum
cuiuslibet distinctionis. Dico igitur
quod materia prima informis dicitur dupliciter.
Uno modo simpliciter per exclusionem omnis forme
tam elementorum quam celestium rerum

ordinatam informissimam et isto modo nunquam
materia fuit informis. Alio modo prout
ponitur formis specialibus celi terre
et aliorum elementorum materia potest in-
telligi informis per exclusionem formarum
quo ad alias res que ex elementis
poterant generari ac etiam propter confusi-
onem localem ipsorum elementorum nam quasi
fuit una massa confusa formata informi for-
mata sicut magister tangit in littera et
potest intelligi dicta sanctorum allegata
et hoc est in textu beati Augustini 12o
confessionum ubi sic dicitur quod materia
non erat quod informe precessione
omnis forme sed comparatione formosi-
orum et sic patet propositio ¶ Quantum ad
tertium articulum philosophus quod non ne-
tamen aperte dubitat sed ego pono
istam conclusionem quia reputo eam probabilem
celum est compositum ex materia et forma
patet sic in celo reperiuntur accidentia que
consequuntur materiam igitur conclusio nota. Antecedens
patet quia celum est quantum perspicuum
rarum quod est quantum patet de se quod
est perspicuum et rarum patet 2o celi ubi
dicit quod stella est densior pars sui or-
bis. 2o sic est dat 2m doctores ce-
lum aqueum sive cristallinum sed certum
est quod hoc est materiale et quia
hoc est super celos de quibus philosophi sunt
locuti igitur etc. 3o sic nullus spiritus
recipiens per se predicationem alicuius
generis est simplicior illo genere sed celum
est species corporis genus corporis est de
predicamento substantie et de predicamento substantie est com-
positum ex materia et forma ut dicit Boecius
super predicamenta igitur etc. ¶ Quantum ad
articulum 4m pono istam conclusionem quod
materia celi est omnis eiusdem rationis
cum materia generabilium et corruptibilium
patet sic quia corruptis utrobique omni-
bus formis tam specialibus quam ac-
cidentalibus remanet una materia
continua scilicet que nunc est celi et istorum
inferiorum que unquam materia esset pura

passiva potentia et omnem transmutationem
qua posset pati materia inferiorum tunc
posset pati materia celi igitur 9o. non
accidens iste et 9 sicut statim est de in-
tentione auctoris primo celi sufficienter
sive ubi dicitur illud est quod omnibus
invariabilis generatis et illis que sunt de
numero corruptiorum / et non apparet inconvenien-
ter quia quaedam communis dicta igitur de se
materia celi est omnino eiusdem rationis cum
materia istorum inferiorum / 2o sic materia celi
et materia corruptibilium equaliter dis-
tat a puro actu igitur non sunt diversarum
specierum vel rationum quia patet per illud quod
petitur quod uniformiter distantia ab uno non sunt
due species equaliter a simplicia per se dis-
tantes actu patet quia utraque est in infimo
gradu substantialis perfectionis etc. ob-
stat quod philosophus dicit quod non
sunt eiusdem rationis etc. quia materia
corruptibilium per se transmutatur naturaliter ad
aliam formam substantialem et materia ce-
et li non quia non est nisi quedam non
conditio sive ratione forme cum substat quia
si primarium de nobis supponere materiam
celi sic quod ipsa stabit sub formis
qualibus et corruptibilibus et quod materia
corruptibilium stabit sub forma celi posset
non fiet variatio in materia nec in ista
et cum subiecit non materia celi non est natura-
liter transmutabilis ad aliam formam substantialem
ita nec tunc materia que iam stat sub
forma corruptibilium esset transmutabilis
ad aliam substantialem formam / et ad 2m patet de alio
sic ad idem non in corpore quamvis glori-
ficato est eiusdem speciei et eiusdem rationis
cum materia corporis non glorificati et cum
una istarum naturaliter per se transmutetur
naturaliter ad aliam formam substantialem et alia
sic non per se transmutari igitur etc. / Ad rationem
principalem dico quod actu est unum quo ad formam
certam generatas sed non quo ad formam et inducitur ad corpus

Utrum lumen in

Utrum lumen in medio sit forma realis
quod non arguitur sic / quia qualitas vel
forma realis manet in subiecto et absentia
producentis sed lumen non manet in medio
absente illuminante ut patet per experien-
tiam igitur ergo est falsum / Oppositum arguitur sic
lumen in ipso medio producit realem
effectum quia calefacit ut patet per experi-
entiam igitur est realis forma in medio / pro
solutione huius questionis videndum est
de 3bus primo de quesito / 2o an lux in
corporibus celestibus et in ipsis inferiori-
bus sint eiusdem rationis / 3o utrum lumen
de potentia medii educatur / et 2o prolocu-
tus aliquorum doctorum <s>unt</s> querere utrum for-
me due intencionales possint simul
esse in eadem parte medii et quod alibi
remittitur ubi plane determinatum est
Quantum ad primum articulum sunt di-
verse et adverse doctorum opiniones quia
quidam doctores dicunt quod lumen
in medio non sit forma realis et hoc
probant multipliciter primo sic quia lumen
in medio contingens pupillam visu
percipitur sed nulla realis qualitas
potens super sensum facit sensacionem 2o
de anima igitur etc. / 2o sic lumen causatur in
medio per reflexionem radiorum qui in-
cidunt ad corpus aliquod luminatum
igitur non est realis forma quia patet quia
alias calores in radiis essent reales
calores et ymago in speculo apparens
esset forma realis quod est manifeste
falsum / 3a sic philosophus dicit quod illuminatio
fit in instanti sed si lumen esset realis
forma non posset per totum medium tam
cito multiplicari quia esset realis alte-
ratio que est motus successivus alii
dicunt vero contradictorie quod lumen
in medio sit forma realis et hoc probant
sic quia forma intencionalis non <s>denotat</s> denotat
<s>vocat</s> formam quia aer non dicitur coloratus
per hoc quod species coloris multiplicatur
per partem sed lumen denominat medium
in quo est igitur etc. / Ista opinio distinguit

de intentionalia dicitur quod lumen ali-
quod est intentionalis forma et aliquod
non nisi intentionalis forma. Prima est in
que licet tam debile esse quod ad eam
potentia cognitiva non terminatur
sed prius tendit in aliud sicut sunt
species sensibilium per quas potentia sensiti-
va tendit in obiectum quas tamen species
non cognoscit. et hec non dicit opinio
lumen non est forma intentionalis aliquo
modo intentionalis forma dici potest per quam
potentia tendit in aliud licet ipsa per
se etiam sit cognita. et hec non lumen potest
dici forma intentionalis quia lumen
sentimus et per lumen tendimus in colo-
res qui non videntur sine lumine ut patet
2° de anima et perspectiva patet quibus per se patet.
¶ Sed videtur michi quod prima illarum o-
pinionum sit falsa et quod secunda etiam sit
superflua. Ideo teneo me ad opinionem
tertiam. Pono istam conclusionem quod lumen
est realis forma in medio. Probatur sic quia
producit realem effectum in medio igitur
reale est in medio. Antecedens nota est et
patet per experientiam quia in speculo concavo
non per reflexionem radiorum lu-
minosorum generatur ignis patet et per am-
plius qui dicit quod corpora celestia
licet . . . agunt in ista
inferiora igitur etc. ¶ Ad rationes opposite
opinionis dico ad primam . . . quod lu-
men percipitur a visu per species luminis
. . . species causantur . . . re-
fractione ad corneam aliquod ad pu-
pillam igitur etc. ¶ Ad secundam dico negando
. . . quia . . . refractione . . .
causatur realis effectus . . . fan-
tastica forma . . . primi sicut in spe-
culo concavo . . . secundi sicut colo-
res in iride vel ymago in speculo. Ad ter-
tiam dico negando si esset realis qua-
litas quod ergo nunc non posset in
instanti per medium multiplicari. ¶ Contra
ad 2m articulum dicit textus de anima quod
non sunt eiusdem rationis lumen vel lux

corporum celestium et istorum inferiorum et ar-
guitur sic quia que differunt genere sunt
diversarum rationum sed lux solis et lux
ignis differunt genere quia corruptibile
et incorruptibile differunt genere 10° me-
taphysice. ¶ Solutio: verum est falsa. Conclusio
licet sit nobilior calore ignis et solis
ut manifestum est. ¶ Sed ideo pono illam
conclusionem quod lux corporum celestium et il-
lorum inferiorum sunt eiusdem rationis et species.
Probatur sic quia nec aqua . . . se est lu-
cida nec aer . . . est lucidus sed
videtur eadem . . . perspectivo
corpore scilicet celi igitur . . . quia nota
est antecedens est primo 2° de anima. ¶ Contra
tertium articulum sunt opiniones contra-
rie de quo multum miror. Pro hoc po-
no illam conclusionem quod lumen in medio
existens non est forma de potentia me-
dii educta. Probatur quia lumen multipli-
catur a corpore luminoso ad medium ut patet per
multas propositiones perspective et perspi-
cua igitur etc. Secundo sic duo forme so-
lo numero differentes in eodem subiecto eodem
tempore non sunt educte de potentia
eius . . . sed in eodem medio possunt esse duo
lumina . . . ut dicitur una propositio
. . . perspective. ¶ Quartus ar-
ticulus qui solet hic tractari est
expeditus in perspectiva quia species co-
lorum distinctorum simul multiplicantur
per medium et iste species sunt forme in-
tentionales igitur etc. ¶ Ad rationem nego
. . . antecedens . . . secundum quo etc.

Utrum celum per suum

Utrum celum per suum motum sit causa effec-
tuum inferiorum quod non arguitur sic quia
sequitur quod omnes effectus in istis in-
ferioribus essent . . . et uniformes consequens
. . . quod est . . . falsum et quia
patet sic quia motus celi est necessarius

tum sequimus ¶ Oppositum est de intencione
philosophi in pluribus locis et specialiter 10º
post distinctionem phy. 8º metaphisice et
2º de generacione ¶ Pro solucione huius
questionis videndum est de 3bus primo de que-
sito 1º utrum celum habeat influenciam super li-
berum arbitrium 2º utrum aliquod ce-
lum in inferiora habeat influenciam vitalem
in ista inferiora ¶ Circa primum ad primum
sit prima conclusio ista quod celum vitaliter agit
in ista inferiora patet sic quia ad sensum
videmus actiones proprias in istis
inferioribus quas non possumus redu-
cere in aliud agens quam in celum igitur etc.
patet eciam hec conclusio per philosophos et per
scripturam generacionis primo ubi dicitur fiat lumi-
naria in firmamento celi et stelle et il-
luminent terram sed illuminacio est vita-
lis actio ut patet ex predictis super in conclusione
proxima igitur etc ¶ 2a conclusio motus celi
non est per se racio agendi in ista inferi-
ora patet sic per quendam doctorem id est quod
per se est racio agendi est forma abso-
luta permanens vel / sed motus celi non
est talis ut manifestum est ergo arguit
ille doctor sic illud quod successi-
vum formaliter non potest esse causa pro-
ducendi permanentes sed motus celi est huius-
modi sed 9o ista ergo probo sic motum
in quantum motus non potest attribui actio
activa igitur conclusio vera antecedens patet per illud
quod philosophus dicit 3º phisicorum quod omnis
motus est passio etc ¶ 3a conclusio motus celi
non est causa sine qua celum non ageret in
ista inferiora patet sic quia motus celi
non est per se causa vel racio agendi ipsius
celi in ista inferiora ut dictum precedente
conclusione igitur celum sine motu potest agere in
ista inferiora patet hec conclusio quia si per
ymaginacionem celum staret nichilominus influe-
ret in ista inferiora ¶ 4a conclusio sit ista
celum per suum motum est causa effectuum in-
feriorum non quidem tamquam principium

principale et per se sed tamquam principium instrumentum ac-
cidentale et secundarium ista conclusio patet per in-
tellectum conclusionis precedentis igitur etc. ¶ Circa
secundum ad primum articulum celum nec per motum
nec per racionem nec per influenciam potest directe
agere in liberum arbitrium patet sic quia res
pure corporalis non potest directe et immediate
in rem pure spiritualem sed constat quod celum
est res pure corporalis voluntas autem
sive liberum arbitrium est res pure spiritua-
lis igitur etc ¶ 2a conclusio sit ista celum
non potest directe agere in liberum arbitrium ac-
tum volendi vel nolendi patet per precedentem
et per rationem specialiter sic quia si sic sequitur quod
voluntas vel liberum arbitrium haberet se
volendo vel nolendo pure passive aut
et sic non haberet actus suos libere
quod est manifeste falsum quia patet quia pa-
ti non est liberum cum unus agens attin-
git passum 2º patet hec conclusio quia sequitur
quod tales voliciones et noliciones
essent operaciones simpliciter naturales si-
cut calefactio aque vel consimiles trans-
mutaciones et sic non essent digne lau-
de vel vituperio pena vel premio hec
ratio patet per damascenum libro 2º capitulo
4º igitur etc ¶ 3a conclusio celum per actus
indirecte potest agere in liberum arbitrium
probatur sic quia appetitus sensitivus
et intellectivus sunt in nobis radicaliter
coniuncti ut patet 3º de anima ideo celum directe
immutando irascibilem vel concupiscibilem
potenciam aliquo modo indirecte agit in
appetitum intellectivum cum irascibiles et
concupiscibiles habent quandam vim
inclinandi voluntatem igitur etc ¶ Ex isto
sequitur quod celum eciam potest per acti-
ones indirecte agere in ipsum humanum
intellectum quia potest immutare ymagina-
tivam et fantasticam virtutem que habet
connexionem cum intellectu sicut sensitivus
appetitus cum voluntate igitur etc ¶ 4a conclusio
celum non potest sic agere in liberum arbitrium
sicut agit in humanum intellectum patet.

sic quia actio intellectus nostri ad actum
intelligendi a viribus inferioribus; tamen tunc
sed liberum arbitrium licet possit commu-
tari in astabilibus aut corruptibilibus po-
terit aliquo modo inclinari non potest tamen
limitari quia in potestate ipsius est sequi
huiusmodi passiones vel resistere eis igitur
quo non ¶ Circa autem ad 3m articulum
dicunt quidam quod sic et probat hoc
de celo empireo quod tamen dicta sunt
est in mole et confluit in ista inferiora
quod sic declarant quia si celum em-
pireum non agit in ista inferiora tunc
solum modo contingit celo sibi proximo
secundum contactum superficialem et sic vniuersum
non esset ordinate dispositum | Sed videtur
michi quod vltima causa non sit bona.
¶ Alii dicunt omnino et probant sic si aliquod
celum est in mole tunc non potest realiter
influere in ista inferiora eo quod cor-
pora non agunt nisi per motum et videtur
michi quod licet ista ratio concludat
eo quod magis attrahat secundum suum
motum saltim in se licet causam motum
in alio ¶ Dicit beatus Thomas in prima parte
summe dicendo quod probabilius videtur
quod celum empireum influat realiter
aliquid in istis inferioribus | Sed videtur
michi quod non possit certa aliquo
efficacitati vna vel altera pars probari et
non tenet alteram partem est quod diuina
vt ¶ Ad argumenta principalia respondetur quia
causa satis patet ex dictis ante in articulo
tertia questionis secundam et tertiam

Utrum ymago dei

Utrum ymago dei reperiatur in aliqua pu-
ra creatura quod non arguitur sic quia
secundum sanctos doctores proprium est filii
diuinus quod sit ymago dei igitur
sibi soli conuenit quod non reperitur
sic in aliqua pura creatura igitur etc.
¶ Contra dicit scriptura genesis primo faciamus

hominem ad ymaginem
et similitudinem nostram. Item ubi dicitur creauit
deus hominem ad ymaginem et similitudinem suam
ad ymaginem dei creauit illum. Item eccle-
siastici 17o capitulo in principio deus creauit
de terra hominem et secundum ymaginem
suam fecit illum ¶ Pro solucione huius questio-
nis videndum est de quattuor | Primo de quesito
| 2o an ymago dei magis reperiatur in
homine quam in angelo | 3o an magis
in viro quam in muliere | 4o an magis
in potentia cognitiua quam affectiua
¶ Circa autem ad primum non est dubium mag-
nu quia certum est quod homo tamen in se
est ymago dei tamen quod dicit beatus Au-
gustinus in 12o libro de trinitate et magister
diffuse hoc determinauit super in primo libro
distinctione 3a capitulo 6o usque ad finem
distinctionis 19 completa tamen. ¶ Tamen
de priori dicam de hoc aliquid quod vide-
tur ad racionem ymaginis quia experi-
entia clarius probat. Unde ad primum articulum
dico primo quod similitudo est de ratione y-
maginis patet in exemplum Augustini quod dicit
quod ubi est ymago ibi pro(?) est simili-
tudo sed non conuerso. Dico 2o quod non
quelibet similitudo sufficit ad racionem yma-
ginis sed oportet quod in eo quod simile est
sit expressum ab eo cuius est ymago
non licet vnum ouum sit alteri simile
non tamen vnum est alterius ymago. Di-
co 3o quod licet sufficiat ad racionem
ymaginis quelibet expressio ab alio
sed oportet quod sit similitudo expressa secundum speciem
vel signum speciei unde dicimus quod tunc
ab homine cum sit expressus secundum simili-
tudinem generis et non speciei non est yma-
go hominis ¶ Dico 4o quod cum simili-
tudo speciei attendatur secundum vltimam
distinctionem igitur quia vltima distinctio
omnium creaturarum est differentia penes
intellectum que secundum conuenit in nobilibus

creaturis. nec in homine nec angelo in deo y-
mago dei que est similitudo intellectualis re-
peritur tamen in homine et in angelo et
non reperitur in creaturis irrationabilibus
ymago sed bene vestigium secundum quod dominus
scribit super primo libro 3a distinctione 3a q
¶ Ex ista declaratione sequitur primo quod
ymago dei reperitur in prima creatura
patet quia in homine et angelo secundo 2o
quod non reperitur ymago dei nisi
in creatura rationali patet ex predictis ¶ Circa
tertium articulum premitto istam distinctionem
quod ymago in homine potest triplex con-
siderari uno modo ut dicitur homo yma-
go creationis / alio modo ut ymago recre-
ationis / 3o modo ut ymago veritatis
glorificationis / vel sic ut ymago crea-
ta ymago recreata ymago glori-
ficata ¶ Prima conclusio sit ista similitudo con-
sideratione et respectu ad ymaginem
prout perfectiori et digniori modo reperitur
ymago in angelo quam in homine patet
sic primo quia homo et angelus sunt ab
uno deo tamquam causa perfectissima
cum sint ymago predicta in primo articulo
hac primordio creationis naturalia an-
geli sunt perfectiora naturalibus humanis
hominis [illegible] secundo patet per dionysium
de divinis nominibus 6o capitulo ubi dicit
quod intellectualis natura perfectior ma-
gis in angelo quam in homine quia angelus
intelligit sine discursu homo non sine dis-
cursu et idem dicit dionysius ibidem quod
[illegible] propter angeli sunt nec intellectua-
les autem nec rationales sed sancte dicat
quis quod ista conclusio videtur quoad
eius [illegible] tenet contra augustinum in ser-
mone de ymagine ubi sic dicit quod
deus creavit hominem ad ymaginem
suam quod nulli alteri creature dedit
¶ Solutio dicendum est quod augustinus i-
llo sermone comparat hominem non ad an-
gelum sed ad alias inferiores creaturas
et si aliquis omnino vellet quod v-
niversaliter faciat ibi comparationem tunc
dicendum est quod quantum ad aliquam acci-
dentalem conditionem intelligendum est sic
dictum quia aliquid est bene accidens quod homo sit
magis ad ymaginem dei quantum ad ali-
quam accidentalem ~~hominis~~ conditionem ymaginis
sicut in eodem sermone dicit augustinus quod
anima humana . 2m quod in spiritu totum
est ymago dei quia tunc modo yma-
ginis sicut deus est ubique totus in to-
to universo et in qualibet parte totus sic anima
que est tota in toto corpore et in qua-
libet parte tota ¶ Conclusio 2a sit ista quod
quantum ad ymaginem que attenditur pe-
nes esse gratie ad secundam gloriam potest esse
equalitas et oppositus patet sic quia tamen
in vita quia in patria possibile est aliquos
homines esse equales angelis in gratia
quo ad secundam gloriam et aliquos esse
maiores angelis et minores aliquos
quo ad secundam gloriam quia videlicet
videtur quod beata virgo adhuc existens
in presenti vita habuit maiorem gratiam
quo ad secundam gloriam quam quicumque an-
gelus in celo [illegible] ¶ 3a conclusio sit ista
quantum ad ymaginem que attenditur
penes fervorem actus dilectionis tunc
ymago dei magis est in angelo beato
quam in quocumque viatore probo patet sic
quia angelorum beatorum gratia est consu-
mata viatorum est inchoata et adhuc
perficienda Item angelorum gratia est in
clara dei visione sed viatorum in speculo
et enigmate ideo actus dilectionis
elicitus ab angelo est eis maior fer-
vor quia vigorosior actus quod satis
dedit intelligi nobis salvator loquens
de Johanne baptista cum dixisset quod
inter natos mulierum non surrexit
maior Johanne qui minor est in
regno celorum maior est ipso igitur etc.
¶ Secundum tamen adhuc membrum premisse
distinctionis dicendum est secundum quam ad
ymaginem glorificationis [illegible]
[illegible] 2a conclusio articuli sit quod in homine
aliquo est equalis ymago glorificata

omnibus sicut in angelo in aliquo maior
et in aliquo minor patet per precedentem primum
¶ Consequenter ad 3m articulum pono du-
as conclusiones. prima quod in statu vie pre-
sentis regulariter in sexu masculino
magis est ymago dei quam in sexu fe-
mineo patet sic quia magis viget ratio et
intellectus in sexu masculino quam in
femineo ut patet primo politicorum. Item
in creatione viri deus dixit genesis
primo faciamus hominem ad ymagi-
nem et similitudinem nostram sed in creatione
mulieris dixit genesis 2o. non est bonum
esse hominem solum faciamus ei ad-
iutorium simile sibi igitur videtur quod
[illegible] vir sit ad ymaginem dei et
mulier [illegible] ad corinthios [illegible] dicit apostolus vir
quidem est ymago et gloria dei. ¶ Se-
cunda in statu vite future uterque sexus
scilicet masculinus et femineus erit equaliter
ad ymaginem dei patet sic quia licet per
bonitatem complexionis in statu vite
presentis vir intellectus sit magis capax
regulariter quam mulier in statu tamen
future vite erit utriusque intellectus
equalis capacitatis ut videtur. Sumpsi
se in textu beati augustini 12o de trinitate
capitulo 2o ubi declarat illam conclusionem
beati apostoli sic dicit nos sumus ymago
dei et sumus filii dei et erit videmus
christum perfectum in quo non est iudeus nec
grecus nec servus neque liber neque masculus
neque femina sed omnes sumus unum in christo
et omnes renovamur secundum ymaginem dei
¶ Consequenter ad 4m articulum pono
illam conclusionem primo quod quamvis ad simili-
tudinem aliquam [illegible] constitutam
in ymagine increata aliquo modo
appareat ymago dei in potentia cogni-
tiva quam affectiva patet sic quia sicut
in ymagine increata secunda persona
memoria ubi gignitur verbum de [illegible]
de [illegible] sic in potentia cognitiva
absque [illegible] notitia que est memo-
ria secunda gignitur [illegible] intellectualis
lis actualis notitia ipsa intelligen-
tie sicut filius patris ut lumen de lu-
mine sic anime intellectus agentis verita-
te [illegible] intelligibili que parens di-
ci potest ipsa memoria recipitur [illegible] de
lumine [illegible] genita ipsa intelli-
gentia ¶ 2a conclusio sit ista simpliciter loquendo
perfectio ymaginis trinitatis magis consis-
tit in actu potentie affective quam
cognitive patet sic quia actu potentie
affective scilicet actu amoris intimius [illegible]
[illegible] deo [illegible] quia actu potentie
cognitive ut colligitur ex dictis beati dy-
onysii 4o de divinis nominibus ubi dicit quod
amor transformat quia ponit amantem
extra se et collocat eum in amato est
enim [illegible] dyonisius [illegible] extasim faciens
divinus amor igitur etc. ¶ Consequenter arguitur
[illegible] dico quod filius in divinis est
[illegible] ymago quam [illegible] quia est yma-
go increata [illegible] non est ymago dei
in natura aliena [illegible]

Vtrum corpus Eve

Vtrum corpus Eve precessit potentialiter
in costa Ade. quod non arguitur sic quia
quod est potentialiter in aliquo hoc
per agens naturale potest educi de illo sed corpus
Eve [illegible] nullam potentiam po-
tuit educi de costa Ade igitur etc. ¶
Oppositum arguitur sic omne quod factum est de
aliquo hoc potentialiter [illegible] illo eo
quod omnem temporalem actum precedit
potentia ut patet 9o metaphysice [illegible]
[illegible] sed secundum [illegible] corpus
Eve factum est de costa Ade ut patet genesis
2o capitulo 13 questio [illegible] ¶ In solutione huius
questionis videndum est de tribus. primo an cre-
aturas [illegible] producere [illegible]
[illegible] [illegible] 2o utrum
[illegible] producere [illegible]
secundum rationes seminales. 3o de quesito

9o an decoctio ad sit factum corpus eius
sine additione nove materie ¶ Quantum
ad primum pono pro istam questionem quod crea
tura cum nullam sui entitatem fuit ab
eterno prius sit id quod simpliciter sit de nichi
lo cum nullam entitatem precedit sua
factionem sed quod creatura simpliciter sit de ni
chilo igitur etc. 2o sit effectus non distat a
sua causa quo prius precedat aliqua sic ayt
Proclus 3a propositione sed quelibet crea
tura est de novo producta igitur etc. 3a sic
quia dum res solum habet esse in potentia
dei tamen non habet entitatem differentem
a deo sed ut ayt Anshelmus de casu dya
